

M-s. 201
2


294.



Contenta

1. Super Paschatis tempore. ex Egypto grec. et lat.
2. Vera religionis per sp. moderanda indices.
3. Angelorum humanitas
4. De resurrectione Christi
5. De Div. et Sanctis inter Coelites rescriptis.
6. Cont. Nahnacher de naturali theologia M. J. Ciceronis
7. Joh. G. Knapp de raptu et cruce Pauli
8. Differentia festi Pentecostes recentis et veteris
9. L. Specht de fide miraculosa
10. Just. Chryzander de doctoratu Christi tricenarii
11. d. Vogel Exercitatio in Dialectum poltream V. J.
12. Justin Martyr aegyptius resurrectionis carnis
13. Sig. F. Baumgarten de genealogia X. N. I.
14. Georg. Minus in loc. Gen. deut. xxiii. 17. graec. versione
15. Basili. Magni oratio de humana X. N. I. generatione
16. De determinando die natali X. N. I.
17. Guener de nexu verae pietatis cum puritate doctrinae

J. A. G. Moser
1795.



M

DE QVAESTIONE,

CVR

I E S V S

ANNO DEMVM AETATIS SVAE XXX
DOCTORIS PVBLICI MVNVS
AGGRESSVS SIT?
DIACRISIS,

CÔMES

PIAE ACCLAMATIONIS,

QVA

VIRO SVMME REVERENDO, AMPLISSIMO,
ATQVE DOCTISSIMO

IOHANNI GEORGIO
OLDEKOP,

ECCLESIAE IN AVLA SERENISSIMI DVCIS
BRVNSVICO-LVNEBVRGENSIS LONGE GRAVISSIMO
ET MERITISSIMO,

ARCHIDIACONO AD AED. B. MAR. VIRG. HENRICOPOLITANAM
VIGILANTISSIMO AEQVE AC FIDELISSIMO,

SVM MOS IN THEOLOGIA HONORES

DIE X DECEMBRIS A. c1o1occcxxxviii.

IN ACADEMIA IVLIA CAROLINA

IPSI COLLATOS

DECENTISSIME GRATVLATVR

M. WILHELMVS CHRISTIANVS CHRYSANDER,
COLLABORATOR IN PASTORATV AD ECCLESIAM
METROPOLITANAM,

QVAE EST HELMSTADII.

ANNO DOMINI MDCCLXXII
DOCTORIS PUBLICISSIMI
MAGISTRI
DIACONIS

COMES
TITAE ACOGLAMATIONIS
VIRO SUMMO RAVENNO DO. AMPLISSIMO
ATQVE DOCTISSIMO
IOHANNI GEORGIO
OLDENBURGI

ECCESSIVE IN AVA. SPANISSIMI DVCE
MAGISTRI IN THEOLOGIAE DOCTORE
ARCHIDIACONO AD R. M. N. THEOLOGICUM
SVMMO IN THEOLOGIA HONORARIO
DIE X. SEPTEMBRIS A. MDCCLXXII
ACADEMIAE CAROLINAE
PRAESIDIUM
M. WILHELMVS CHRISTIANVS CHRISTIANVS
COLLABORATOR IN THEOLOGIA AD ECCLESIAM
MUNICIPALITATEM
AVAE EST HONORABILIS



CONSPECTVS DISSERTATIONIS.

* *Occasio* ad hanc scriptionem pag. 3 - 6. Et praecursoria tri-
ga obseruationum, de *tempore lapsus*; de *primo sabbato, my-*
stico; et de *euphemismis Christi emphaticis*. p. 7 - 16.

CAPVT I. (praeliminare) §. 5 - 16. probat:

- A) IESVM, quamquam non titularem, tamen
realem DOCTOREM existisse. p. 17 - 25.
- B) Eum, anno aetatis suae XXX circumacto, nec
antea, munus DOCTORIS *publici* auspicatum
esse. p. 25 - 30.

CAPVT II. (essentiale) §. 17 - 47. inquit in RATIONES,
cur IESVS tertio demum vitae decennio mu-
nus propheticum exorsus sit? p. 31 - 74.

MEMBRVM A) cur NON IUVNIOR id aggressus sit?
p. 31 - 50.

- Ratio 1. Iuuentus ab *auctoritate* nuda. p. 32 - 45.
- - 2. IOHANNIS *stratoris* aduentus, non
prior. p. 45 - 47.
- - 3. Decebat, totius generis humani Media-
torem sub *honestissimo schemate* qui-
buscumque exhiberi, adeoque non
sub iuuenili. p. 47 - 50.

MEMBRVM B) cur NON SENIOR? p. 50 - 52.

Vt qua *corpus* et *animam* integer immolaretur essetque sine
visus obscuritate, *nictitatione* capitis, ac sine suspitione
fauitatis, agilis.

MEM-

MEMBRVM C) cur TERTIA *praecise* vitae suae DE-
CADE doctorem agere coeperit? p. 53 - 74.

Ratio 1. Aetas tricennalis, ex opinione homi-
num et re ipsa, negotio isti *appositif-
sima*. p. 55 - 57.

Ratio 2. A typis *realibus*, et *personalibus*, arbo-
re vitae, ADAMO, HENOCHO, IO-
SEPHO, DAVIDE, LEVITIS et
SACERDOTIBVS, defumitur. p. 57 - 66.

Ratio 3. *Decorum* diuinum in systemate gratiae.
p. 66. 67.

Ratio 4. *Faecundior applicatio* Christi. p. 67. 68.

Ratio 5. *Expiatio* certorum peccatorum. p.
68 - 70.

Ratio 6. *Praescriptum* creditu et factu necessa-
riorum, *tum* omnibus, *tum* praeci-
pue verbi diuini ministris datum.
p. 70 - 74.

** *Hypothesis* gratulatoria. p. 75 - 79.

בעהנזא



בעהנוא



i in huius solemnitate dici, quo e-
gregia merita VIRVM SVMMERE RE-
VERENDVM IOHANNEM GE-
ORGIVM OLDEKOPIVM
supremis in Theologia *honoribus* co-
ronant, paterer requiri studium
meum, mihimet ipsi sane haud parum succense-
rem. Ancipiti distractus cura, qui neque gratiam
referre vllam, neque nuda voluntate contentus ef-
se possum, optavi mihi huc vsque facultatem, pu-
blice *profitendi* saltem, quantum humanitati VIRI
IN OMNI LAVDE EXCELLENTIS acceptum refe-
ram; quae id ab ILLO mihi impetrauit, quod nec
meritis, nec officiis licuit consequi.

A 2

Sal-

Salve igitur exoptata lux ! silentii mei finem faciens, acceptissimamque exhibens occasionem, qua tacita adhuc mea erga venerandum OLDECOPIVM pietas sine adulationis suspitione vocalis esse potest,

Facit exquisita et varia, quae nemini obscura est, et quam sermones VIRI AMPLISSIMI prae se ferunt, eruditio; facit, qui primum nominandus erat, singularis EIVS animi candor, toti Wolfenbüttelae spectatissimus, quem admirabilis suauitas adaequat; facit prudentia, moderatio, ceteraque mentis bona, quibus ad exercendam liberalitatem, DEO gratam, et ad omne decus excitatur; facit cumulus meritorum, quibus multa hominum millia sibi obstrinxit, instituendo nempe eos, quos ad optimum diuinae voluntatis exemplar finxisse, idem est, ac de exercitiis, de provinciis integris * atque populis bene meruisse ac inerere.

Faciunt

* Quis enim nescit, hunc grauissimum Theologum ad XII. serenissimos potentissimae gentis Guelficae liberos Principes, salutari aeternarum rerum cognitione imbuendos, feliciter adhibitum fuisse? Quis non gaudet, sparsa ab EO pietatis Christianae semina etiamnum in animis vigere ISTORVM, quando iam partem auctoritatis diuinae, qua, SIBI diuinitus concredita, radiant, in disturbationem

Faciunt labores insignes per XXVI annos, et ultra, in vinea DOMINI summa cum fide exantlati; facit denique praecipua quaedam viri, (quem merito *Doctorem magnum* benedictae IACOB δωδεκαφύλου domus vocant,) erga me benevolentia, cuius luculenta experimenta numquam ex animo meo effluent; Haec, inquam, tanta nomina faciunt, vt non solum eorum interesse numero gestiam, qui tam spectatae virtuti pollicem premunt, verum etiam vt πύξ καὶ λάξ enitar, quo in primiceriis conspiciat istius cohortis, quae dignitati, viro inclyto hodie impertitae, applaudit, eundemque per septem ** lustra proxima, et amplius, incolu- mem venerari cupit.

A con-

nem vitiorum ac praesidium virtutis, administrant, quando e fastigio *Reginarum*, in celsitate *Ducum* et *Ducissarum*, in splendore *imperatorum* mandata dispensant.

** Hoc temporis spatium responderet fere isti, per quod ὁ νῦν ἐν ἀ-
visis, maxime reuerendus M. MAGNVS PETRVS OLDEKOP,
Archidiaconus ad eandem; quam filius nunc ornat, ecclesiam me-
 tropolitanam Wolfenbüttelensem, de re sacra optime meritus est.
 Illum enim laudatissimum NOSTRI parentem *tribus* et *triginta*
 annis in regno CHRISTI promouendo laborasse nouimus. I-
 deam huius strenui pariter atque constantis militis sacri refert etiam
epitaphium, quod Wolfenbüttelae sub murum templi B. M. V. in
 coemeterio conspexi, ei positum idque huius, memoratu digni, te-
 noris:

A 3

MAGNVS

A consilio consignandi meditationis aliquid, memoriae huius diei conueniens, retrahit me quidem corporis aliqua imbecillitas. Hoc enim vexato, languere etiam ingenium solet. Sed quid incitata studio voluntas non aggreditur? Quae me spes erigit, haec est, optimis quibusque viris animum pro re esse. Sit etiam meus! quando tum rude orationis genus auribus obstrepit, tum reliqua omnia afflictam valetudinem loquuntur.

Dum de argumento dispicio, quod tam dignum scopo, quam vtile ac nondum prorsus detritum sit, fateor, difficultate quadam inueniendi me laborare. Capiendum tamen in arena consilium, fama capeffendis a SVMME REVERENDO OLDEKOPIO *summis in theologia honoribus* non praecurrente, sed cum actu solempni ipso quadamtenus pari passu ambulante,

§. I.

"MAGNVS PETRVS OLDEKOP ex insula Oeselia LIVONVS, ad hanc aedem DIACONVS primum, dein ARCHIDIACONVS per XXXIII. fere annos post varia fidei certamina, post Satanao mundique odia, omnia in virtute crucis, mortem denique ipsam Anno 1724. die 24. Nouembr. aetat. 55. mens. 9. d. 18. in sanguine CHRISTI feliciter superatam, heic conditus resurrectionem iustorum exspectat. Viator! abi, et disce mari. Vale. Apoc. II, 10.



§. I.

tractemne de LAPSV PRIMORVM PARENTVM die DECIMA aetatis suae, eaque DIE SOLIS facto? Hoc tractationem suppeditat eis, qui ad articulos temporum sub attentionem vocandos propendent, *temporis* consideratio. Dies enim hodiernus inaugurationi VIRI MERITISSIMI destinatus, est *decimus* * Decembris.

Sed

* Non diu in statu integritatis perstitisse communes humani generis parentes, apparet non solum ex *absentia* liberorum, istius felicitatis tempore genitorum, verum etiam *e loco Pauli* Hebr. VIII, 26, ubi ortus mundi et peccati prope idem est, collato cum historiae Mosaeicae habitu. Existisse peccatum *ἀπό καταβολῆς κόσμου* illic dicitur. Deinique idem colligo ex Apoc. XIII, 8. ubi *agnus* dicitur *occisus ἀπό καταβολῆς κόσμου*, in oculis nempe DEI, et ratione habita valoris meritorum Messiae, antrorsum se etiam extendentis, quippe infiniti.

Neque vero eodem die, quo facti erant *πρόγονοι* rebelles cum Satana, a DEO desciverunt; siquidem PARTIM clausula sexti diei ita suffragatur: *vidit DEVS uniuersum, quod fecerat, et ecce bonum valde erat*, PARTIM Sabbati seu septimae feriae celebratio praepositur a Mose lapsui Gen. II, 1. 2. 3. PARTIM multa alia commemorantur, quae diem sextum fati occuparunt; quo pertinet *tum* deductio Adami in paradisum Gen. II, 7. 8. *tum* assignatio iucundi assignatio iucundi laboris, seu quomodo colendus hortus sit Gen. I, 28. *tum* interdictio fructuum arboris singularis in medio horto, Gen. II, 16. 17. *tum* contemplatio rerum conditarum, itemque nomenclatio animalium, ab Adamo instituta Gen. II, 19. 20. *tum* profundus somnus Adami, *tum* productio *virae*, seu mulieris, Gen. II, 18. - 25. Decimo autem vitae suae die protoplastos violasse foedus diuinum, euaserit probabile

babile eo, quod *Festum descendendi lapsus Adamicus* ac laetandae, quae hunc statim excepit, *procuratoris hominum salutis* DECIMO die, PRIMI mensis, anni civilis, seu mense TISRI, sub titulo *Festi Expiationis celebrari solitum est*. Leuit. XVI, 29. 31 Cap. XXIII, 27--32. Illum inuuo Festiuitatem sacram, quae Ebraice כפורים seu סליחה יום seu מקרא קרבן, מצמא רבא ἀνάμνησις ἁμαρτιῶν κατ' ἐνιαυτὸν Ebr. X, 3. νησεία Act. XXVII, 4 appellatur.

Festum autem ἐξίλασμοῦ diem terendisse ad *deplorationem delicti proreplastrorum grauisissimi*, et, quae inde ad omnes eorum posteros emanauit, *corruptionis naturalis*, in tot peccata quouis anno prorumpentis, colligitur.

1) *e dignitate rei comparata cum indole festi expiationis*. Nam nemo negauerit, tragicam illam rerum humanarum conuersionem merere in primis considerationem solennem, ac *memoriale* festiuum; inter omnia autem, quae DEVS instituit, Festa nullum esse, quod magis quadrat ad illum finem, quam iste *expiationis* dies. Neque enim refricabatur in eo memoria singularis peccati, sed peccati *generatim*, proclamante DEO Lea. XVI, 30. *Ab OMNIBVS peccatis uestris mundi existetis*, hoc est, *Omnem* conditionem uestram culpa plenam *recognate* et praescripto modo *sanate*. Tota terra, totum templum confusione sanguinis in 4. altaris *Cornua*, seu, quod malim, *extremitates*, h. e. ecclesia purgabatur.

2) *ex absentia alius fundamenti*, sufficientis ad celebrandum diem expiationis, quindecim sacrificiis, duodecim holocaustis, et tribus sacrificiis piacularibus notabilem. Nam nullum peccatum extantius, quod a populo Israelitico commissum atque hoc die sigillatim dolendum sit, refertur.

Nec tamen facio cum ven. IO. ALB. BENGELIO, qui in *ordine temporum* pag. 22. existimat, diem expiationis nullum habuisse typum passionis CHRISTI, siquidem dies 15 mensis primi in anno ecclesiastico, τῆ Nisan, eum gesserit. Ego quidem, haec coniunctim stare posse, arbitror, perperam autem heic praestruui, *singulos N. T. euentus unico typo praefigurari*. Praefigurati certe sunt pluribus, quamquam diuersa, vel latiori vel angustiori, sphaera; de quo modi discrimine agit BERNHARD WALTHER MARPERGER in libro *vom letzten Sündopfer im Gesetz* pag. 138. Dies paschalis 14 Nisan, quo inter duas uesperas agnus immaculatus, sexus masculini, iugulandus erat, Exod. XII, 6, spectauit ad redemptionem CHRISTI, et eius qui nos, potestate tenebrarum ereptos, suo regno vindicauit. Dies expiationis duo pro scopo habuit ut propagaret dogma, PARTIM *omnes omnino homines*, sacerdotes etiam,

Sed discrepat vberior tam tristis argumenti tractatio ab huius

iam, et sanctimoniae studiosissimos, esse peccati, poena digni, reos, adeoque satisfactionis alienae indigos, seu planctu dignam esse apostasiam Adami ac Herae, summaeque miseriae causam, quippe PARTIM vt aleret spem redemptionis CHRISTI. Eph. V, 2. Sicuti enim sacrificium hirci pertinuit ad conciliationem cum DEO, seu *iustificacionem*, ita sparsio cineris vaccae rubrae (eodem die *expiationis* maclatae, SE- DER OLAM RABEA c. VI.) adumbravit vim meriti CHRISTI in *sanctificatione*.

- 3) Ex analogia, et *περιελάσεων* concentu
- a) concordat *tempus*. Lapsus euenit circa mundi iuuentutem. Dies expiationis datus est decimo die *mensis primi* in anno ciuili, quo non solum in contractibus et creandis magistratibus, verum etiam in supputandis Iubilaeis et annis Sabbaticis utebantur Iudaei.
 - b) Conspirat *summa sanctitas* huius diei, quo XV victimae offerendae erant, quo mandata erat cessatio ab omni opere Lev. XXIII, 23, quo ieiunia solemnia seruanda. Verba enim *affligetis animam uestram* hoc volunt: ieiunabitis. Durum hoc ieiunium autem ad vnum omnibus, proposito mortis metu, indictum, oppositum erat etiam comestioni ex arbore vetitae nimis audaci, Gen. III, 6.
 - c) Fauent phrasae Mosâicae Lev. XVI, quae ad vniuersi populi peccata vniuersa hunc diem referunt.
 - d) Consentit vestitus. Induerunt hoc die non saccos, sed indusia sepulchralia, habitumque funebrem, tamquam Candidati mortis, Gen. II, 17. praeditae.
- 4) Ex effato Pauli *Ebr.* XI, 26. X, 3. inuenitis *istius* peccati ἀνάμνησιν fuisse scopum diei expiationis, pro quo CHRISTVS debuisset saepius pati NB. ἀπό καταβολῆς κόσμου, inde a condito mundo, nisi vna oblatione omnia perfecisset. Hinc ita colligo:
- Pro quo peccato CHRISTVS satis fecit, illud peccatum die expiationis in memoriam reuocatum ac desletum est;
- Atqui pro peccato Paradisiaco, (seu non minus pro *sota labe* pessima in genus humanum a protoplastis inuecta, quam pro omnibus, quae illa progignit, speciminibus) CHRISTVS satis fecit;

B

Ergo

huius diei laetissimi festiuitate. Agamne igitur *de primo, quem proto-*

Ergo peccatum PARADISIACVM die expiationis praecogitatum, et cum doloris testificatione commemoratum est.

- 5) Ipsae traditiones Iudaicae videntur sapere, quod dies ille placationis fuerit festum deplorandi peccati Paradisiaci. Volunt enim quidam Iudaei, *diem expiationis* ideo celebrari, quod Adamus a peccato respuerit. Vide *Gemaram* in *Bava Batra* 121. 1. Ecce, vti Adami peccatum huic diei intexant! Libros vitae ac mortis hoc die aperiri credunt.

Frustra mihi quispiam obiiceret, ideo speciem veri id non habere, quod die, qui nunc dicitur *dies solis*, lapsu Adami corruerint res humanae, quoniam Iudaei cauerunt, ne dies expiationis incideret in *INN* agu, hoc est, in diem hebdomadis PRIMVM, tertium et sextum. Si enim ita cauent, ratio minime fuit, cur non credidissent, *dies solis* in deterius ruisse genus humanum, sed potius circa concursus Festorum subsequen- tium, in primis Festi tabernaculorum. Limite praeterea *minorem*, nam eiusmodi Festorum traiectione non semper obtinuit, sed recentius institutum est. Vel ex Mischna probari potest, *diem expiationis* proxime Sabbatum praecessisse seu *in sextam Feriam incidisse*. MENACHOT XI, 7. SCHABBAT XV. 3. Quidni etiam in *primam*? Quamuis minus in promptu sint restes. Accedit haec harmonia, quod alter Adamus CHRISTVS *die solis* e vinculis mortis ad vitam rediit, vindex et instaurator eorum, quae primi Adami vitio collapsa erant; *verno* quidem tempore, in similitudine liberationis Israelitarum ex Aegypto: Quod idem sospitator *die solis* viuum se et victorem ostendere discipulis suis solitus est; certo certius *sex* IESV apparitiones, *ex decem*, hoc die factae sunt: Quod *dies solis* ab apostolis ad celebritatem sabbaticam designatus est, teste *Collecta* illa, vt vocant, in concione 1 Cor. XVI. 1. 2. populi; Si non vi expressi mandati IESV CHRISTI, qui Dominus Sabbari tamen per 40 dies post resurrectionem de legibus et constitutione regni sui cum Apostolis collocutus est Act. I, 3. Matth. XXVIII, 20. certe tamen ex indubio Spiritus sancti instinctu; ceu probat *tam* nomen diei solis *Κυριακή ημερα* Apoc. I, 10. h. e. a Domino IESV instituta coll 1 Cor. XI, 20. *quam* consensus omnium ecclesiarum; quas vniuersas, quis dixerit conspiraturas fuisse, nisi *diuinum* institutum fuisset

dies

protoplasti vixerunt, die integro, nempe SABBATO? **

An

diei solis sabbatica celebratio? quam de tempore celebrandi Festi paschalis inter ecclesiam Graecam et occidentalem tantae turbae agitatae sint. Accedit, quod *die solis* Spiritus sancti dona largissime coelo demissa sunt Aët. II, seq. eo comparata, vt euangelium per terrarum orbem promulgaretur, hoc est, doctrina de summo utique Dei in homines amore in Filii sui meritis coruscante, stabiliretur, *doctrinae* Satanae et spurcae *Adami* suspicione *opposita*, qui D E V M pro inuido, summi amoris experte habuit. Gen. III, 4. 5.

** Maxime memorabile mihi videtur, eo die primos homines conditos esse, quem excepit *Sabbatum*. Introductus quidem *sexto* die in mundum est *Adamus*, tam rex in imperium, habitator in domum iam factam, rebusque necessariis instructissimam. Sed *totum* diem sextum non vidit, quippe eodem die *sexto*, ante *Adami* creationem, animalia, si a piscibus et auibis discesseris, omnia producta erant. Multo minus existimare licet, *HEVAM* vixisse integrum diem sextum. Nam praeterea praecessit eius creationem 1) *Adami* perfectio, 2) onomathea animalium, res non vnus temporis puncti. Vt enim *Adamo* partim *authoritas*, verbis quidem Gen. I, 28. in res conditas omnes ipsi collata, re ipsa constaret, partim *Consilium diuinum* femellam ipsi similem affociandi ipsi suboleret, dum in singulis animantium Iustratorum speciebus duplicem sexum numerauerat, sibi vero adiutorium respondere haud inuenerat Gen. II, 20. adducebantur ad *Adamum*, tamquam principem, velut ad homagium praestandum, animalia, non omnia, sed quaedam, terrestria forte tantum, tamquam nobiliora et ad humanam naturam propius accedentia. Is vero singulis in testimonium suae de vobilitis suis cognitionis dominiique nomina imposuit, 3) Antecessit etiam sopor grauis, singulari consilio *Adamo* immissus: Vergente igitur ad vesperam die, condita esse *HEVA* viderur. In aprico certo est, primum diem, quem plenum viuendo transegerunt protoplasti, fuisse *Sabbatum*.

Sed quorsum haec? Dignissima accuratori discutione [quaestio sit. Breuissimis hoc subiicio: Si Dei actio nostra est institutio, notante *CHRISTO*, discere hinc licet, tum *quisnam iste scopus sit*, quem *DEVS* hominis productione intenderit? nimirum requies in *DEO*, seu felicitas in commercio cum summo bono assatum sentienda, Hebr. III, 10.

An vero praestiterit, post messem meditationum Israelis Gottlieb Cantii de semine benedicto, spicilegium instituire, et ad locum illum classicum disquirere, *de allusionibus ad protevangelium, in Nouo testamento obuiis.* ***

§. 2.

Dum me ipsum cogito, qui iam conor summe venerando OLDEKOPIO, Theologiae doctori, ἐυφημιζέω, proxime absum ab argumento persequendo de *euphemismis* † CHRISTI.

§. 3.

tum *quid officii hominum sit?* nempe, potissimum cogitationes suas in cultu Numinis desigere, atque omnia ad illud referre. Minime postremum, minime medium, minime secundum, sed *primum* nobis singulis per omne vitae nostrae curriculum existat, vt beneficentissimo opifici nostro gratos nos enixissimo obsequio exhibere studeamus, Matth. VI, 33.

*** *Nouum testamentum* laet in *Vetere*, et *vetus* patet in *Nouo*. Tot sententiae ex illis veteris foederis tabulis in nouo instrumento reperuntur, vt mirum ergo foret, si cardo omnis euangelii, nempe *πρωτευαγγελιον* TEXTVS ille, cuius non nisi commentarii sunt reliqui libri diuini, nullo modo in Nouo testamento allegaretur. Ego quidem eo digitorum intendi iudico Matth. XXVI, 64. Luc. XXII, 69. Iohan. XII, 34. 1 Ioh. III, 8. Gal. III, 4. Rom. XVI, 20. Luc. X, 19. singulisque iis locis, vbi *ὁ υἱὸς ἀνθρώπου*, *filii hominis*, IESVS vocatur.

† Noti sunt philologis euphemismi in profanis auctoribus, e. c. Solon nouis tabulis *Seisachstiae* nomen imposuit, hoc est *onerum subleuationis* ac collatae *in usum reipublicae pecuniae*, urbium praesidia, *custodiae*, carcerem *domicilii* vocabulo exulit, teste PLVTARCHO in vita *Solonis* (editionis in usum Brunsvicensis Collegii *Carolini* 1747. editae) Ita ponitur *παῖς* pro seruo. ARISTOPH. in *Ranis* V. 192. s. e. etiam Virgilius, *Claudite iam riuos pueri*, h. e. serui, *sat prata biberunt*.

Nota sunt mollioris dictionis exempla in codice sacro, E. c. *pedes tegere*, 1 Sam. XXIII, 3 pro *opus naturae facere*, nisi *somnus* significetur, leuiori tegumento pedum comitatus, Iudas *ad locum suum* h. e. 1) secretum et priuatum *suu*, Act. I, 25. 2) in statum infelicissimum, quem

§. 3.

Transcant illa. Magis conuenit, a VIRO DIGNISSIMO, quocum collocuturus sum, ipso, argumentum repetere.

Rem

merito suo et proditor sibi ἴδιον proprium fecit, haecenus, quum discipulum Christi ageret, alieno quasi loco occupato: Huc spectat illud *cognoscere coniugem*, Gen. III, 1. Gen. XVIII, 5. 8.

Sed operae pretium esset, ad os Domini nostri IESV CHRISTI in primis attendere. Is res ingratas, auribus saltem molestas, boni ominis causa, gratis circuitionibus expressit. Neque vero pro inani verecundia eiusmodi ὑποκαλισμος habendus est. Nam doctrinarum plenum esse solet quaesitum illud schema. Ut taceam ceteros, quos annotaui in sermonibus CHRISTI, εὐφημισμούς, in medium vnice profero denominationem *perpeffionum suarum*, ex *uoluntate patris coelestis ipso suscipiendarum*. Has nominat Ioh. XVI, 5. 5. *abitu ad patrem. νῦν δὲ ὑπάγω πρὸς τὸν πέμψαντά με, nunc autem abeo ad eum, qui misit me.* Sunt quidem plurimi, qui his verbis *adscensionem CHRISTI in coelos* indicari autumant. His vero obstat primum

I) NEXVS *huius propeffionis*; quae docet, CHRISTVM haec in eo esse, vt discipulorum moerorem, ex abitu suo PROXIMO resulaturum, minueret, *μικρόν καὶ ἔθεωρεῖτε με, pauillum*, h. e. vix 24. horae, *et non videbitis me*, traditus a Iuda, cruce mortuus sepeliar, Ioh. XVI, 16. De discessu *remotiori*, post dies XXXXIII, seu ascensione in coelum nondum tanta erat solaminis necessitas.

Continet nempe Caput Iohannis XV et XVI orationem IESV valedictam, quam NB. die sic dicto Iouis, vespere, post coenam, durante egressu suo ex Hierosolymis ad montem oliuarum, in via, adeoque breui ante captiuationem et abstractionem, ad discipulos habuit. Occurrit ibi.

PARTE I. *adhortatio* Cap. XV, 1--17.

PARTE II. duplex *solamen* sub conditione XV, 218--XVI, 31, quorum

B 3

A) A1-

Rem ipsam igitur, quae hunc diem illustrem, ac nomen OL-
DECOPII illustrius reddit, quando cogito, deducor ad ar-
gumentum magis affine, nempe ad meditationem DOCTO-
RIS DOCTORVM, Spiritus sancti, quem solum DOCTORES fa-
cere,

A) alterum eos armat contra *odium mundi* inevitabile XV, 18--
XVI--4

N) odii significatio brevis XV, 18.

∟) odii vberior deductio 19--XVI, 4.

α) causa odii 19--23.

β) conditio odii 24-

αα) mores discipulorum. 26. 27.

ββ) mores hostium XVI, 1--4.

B) alterum eos munit contra dolorem, ex *proxime imminente di-*
cessu oriturum XVI, 5--33.

aa) 6--16. duplex bonum vni malo oppositum.

a a a) *malum* instans, taedia excitaturum. v. 5. 6. ὑπάγω

b b b) *Solamen* contra illud, 7--16.

α) mittendus Spiritus sanctus CHRISTI, oculis
subtrahenti, vicarius. 7--15.

β) reditus et reuissio Christi iucunda 16. πάλιν
μικρόν καὶ ὄψεσθε με πρὸς.

b b) 17--28. explicatio posterioris boni

α) occasio, quaestio discipulorum: 17. 18

β) Consolatio explicata ipsa 19--28

αα) introitus 19

ββ) explicatio iucunditatis in reuissione 20--23.

γγ) exauditio precum promissa 23--27


δδ) epilogus 28.

Deinde II) vsus crebrior ita fert, vt ὑπάγειν designet summum
afflictionis genus, *mori*, pariter ac synonymicum πορεύεσθε.
Subaudi enim ἐκ τούτων βίου I Reg. II, 2. e. c. Matth. XXVI,
24.

cere, h. e. *diuina luce collustratos, rerum sublimitate abstrusarum conditionem perspicientes, et prouehendae gloriae Christi in ecclesia studiosos* LUTHERVS recte monuit. Flectitur hinc cogitatio mea ad summum Theologiae Doctorem, qui a DEO, sibi coniunctissimo, *inunctus est super omnes consortes* h. e. donis infinitis toto genere humano praestantior; et pro praestantiori eminentioribusque iuribus gaudente, publice solemnissimeque, quasi oleo festiuali, declaratus Hebr. I, 9. ex Ps. XXXV, 8. qui, MOSE magno propheta reliquaue vatum caterua, excellentior fuit Deut. XVIII, 18. coll. XXXVIII, 10, qui a IOANNE grauiissimo proclamatus est, propheta ille magnus, non periodicus sed perpetuus, centrum illud, digitis omnium prophetarum

24. ὁ μὲν υἱὸς ἀνθρώπου ὑπάγει *filius hominis*. h. e. alter Adamus, Mariae vnicus natus, verus homo, breui *moriatur quidem* Luc. XXII, 22. ὁ μὲν υἱὸς ἀνθρώπου πορεύεται *filius hominis* abit, i. e. moriturus propediem est (Luc. XIII, 33. Apoc. XIII, 4.) Itaque ὑπάγω cum additamento πρὸς τὸν πέμψαντά με *significat beate moriar seu pergo ad apicem cruciarum, ad mortem.*

Hoc amoeno nomine rei inuidiam obtegit et apud discipulos diminuit. Sed hic scopus χαριεντισμῶ non fuit vnicus. Praegnans etiam est ideis fociis. Hoc mitiori enim vocabulo dum CHRISTVS insignet atrocissimam e vita excisionem Dan. VIII, 26. declarat in ὑπάγω, *voluntario* se quantumuis extremas has perpeffiones subire, et in vocibus πρὸς πέμψαντά με *notat* 1) rationem promtae voluntatis suae esse *voluntatem Dei patris* 2) hanc diligenter in animo ipsius nunc *pensari* 3) non e prima fronte, quam sensus externi percipiunt, sed ex vltimo, tandem iucundo, euentu, qui fide praecipitur, metiri se (ac metiendas esse) calamitates, a manu optimi patris immiffas. 4) Tribulationes, ingratae licet ψυχικῶς, esse PROMOTIONES ad patrem. 5) mortem piorum non esse τῆς οὐσίας ἀνωπαρξίαν, sed arctiorem coniunctionem cum DEO.



tarum demonstratum, lux proprio fulgore radians, nempe ad Dominum nostrum IESVM CHRISTVM ex intimis animi fibrillis venerandum.

Gaudent amore eius omnes veri Theologiae doctores, et ex IPSIVS inexhausto apparatu submisse depromunt, quidquid verae lucis lucrantur, et ad alios spargunt. Merito igitur ad HVNC, apertum nobis SAPIENTIAE fontem I Cor. I, 30. oculos meos reflexero. Nec dedecet laetum hunc diem disquisitionis de eo, cuius recordatio molestias omnes diluit, futuras fugat.

Commentabor igitur, quantum fieri potest, breuissime
de RATIONIBVS,

CVR

adorandus SALVATOR noster ANNO aetatis suae
TRIGESIMO partes DOCTORIS PV-
BLICI susceperit?

§. 4.

In hac nobili quaestione *duo* praestruuntur momenta, quorum veritas animo prius obuersari debet, quam ad enodationem ipsius rei quaesitae pergere licet. Haec illa sunt: quod CHRISTVS publicum *doctorem egerit*; idemque talem se gerere *incepit anno vitae suae non nisi tricesimo*. Concedo, vtrumque satis esse manifestum. Facit tamen dulcedo cogitationis de vnico nostro RABBI, diuinissimo illo, atque amantissimo generis humani Praeceptore, integerrima et ardentissima veneratione exosculando, de IESV CHRISTO, vt sperem, nec aliis ingratum fore, si fili ergo pauca de illis duabus vitae CHRISTI rationibus praemisero.

CAPVT

CAPVT I.

ATTINGENS DVAS QVAESTIO-
NES PRAEVIAS.

§. 5.

A) Num IESVS exstiterit Doctor?

Non defuerunt, qui CHRISTVM titulo *Doctoris* seu *Rabbi* Hierosolymis insigniri se passum esse, venditarunt. Sed hi turpiter produnt, scopum et animum Domini Dominorum, sed heic submississimi serui seruorum, sibi incognitum esse; produnt, sicuti rationes regni CHRISTI *ἐκ ἐκ τοῦ κόσμου τούτου* ignorant, sic etiam se conditionem titulorum scholasticorum* minime habere perspectam. Frustra provocant 1) ad Luc. II, 46, vbi memoratur, IESVM repertum esse in templo *καθεζόμενον ἐν μέσῳ τῶν διδασκάλων*. E Sessione enim ista cur sequeretur, IESVM habitum discipuli prae se non tulisse? quum nondum euictum sit, ** discipulos *stetisse* coram doctoribus, quando horum verba excipiebant. Exempla in N. T. nulla prostant, quibus hunc morem probares; aliunde autem apparet, et docentes et discentes modo sedisse, modo constitisse. Perperam prouocant 2) ad ea loca, vbi CHRISTVS *Rabbi*,

* P. I. SPENER in *Consil. Latin. Part. I. Cap. 2. p. 198.* (Lutherus Tom. II. Ien. Germ. f. 119. b. *Epist. 35* ad Spalatinum, in *Supplem. Buddei* p. 26. Io. Ioach. Lange Tom III. *Antib.* p. 142.)

** CAMP, VITRINGA lib. I, *de Synagoga vetere* p. 167.

Rabbi, vel *Rabbini* appellatur. Mentem ipsi mutabunt, simul atque, quae fuerit ratio *** huius tituli inter Iudaeos, didicerint. Ne ipsum quidem usum sic dictarum PROMOTIONVM RABBINICARVM in tuto poni posse ex Marc. XI, 28. arbitror, multo minus, hodiernas **** academicas istarum esse imitatrices.

§. 6.

Certo autem certius est, *re ipsa* IESVM fuisse Doctorem, in tota Palaestina celeberrimum. Documento est enim in sacris litteris

I. AFFIRMATIO *directa*.

Quo pertinet

- a) *denominatio* IESV. Non adducam loca haec Matth. XVI, 14. XXI, 11. Luc. VII, 16. XXIII, 19. Ioh. III, 2. VI, 14. quae biblica quidem sunt, sed indolem *probantium* non habent.

Sed confugio

- aa) in Veteri Testamento ad haec oracula: Deut XVIII, 15. 18. ibi dicitur נבִיא h. e. *vicarius*, et os Spiritus Sancti, (a radice, quam Arabes custodiunt נִבָּא *vicem alicuius subire, operam vicariam praestare*) seu *Prophe- ta*

*** Evolve auctores, quos ad memorabilem locum Matth. XXIII, 7. 8. laudat IOH. CHRISTOPH WOLFF in *curis Philologicis et criticis Tomo I. pag. 324.*

**** De iis egit VAL. ALBERTI in *diff. de honoribus academicis* Lipsi. 1697. ITTER *de gradibus academicis* LIMNAEVS in *Iure Publico lib. 8. cap. 8.* ZIEGLERVS *de Iure Maieſt. Lib. I. c. 24.* G. ARNOLD *Gestalt eines evangelischen Lehrers Part. II. c. 7. §. 35. p. 227.*

ta sicut MOSES h. e. maximus, extraordinarius, simul mediator. Ad Zephan. III, 5. et Malach. III, 1. prouoco, vbi angelus testamenti nominatur. Es. XXXIII, 22. legifer. LV, 4. praeceptor gentium LXI, 1. euangelista.

bb) In Nouo Testamento vocatur *Propheta* Act. III, 23. 24. *lumen gentium* Luc. II, 32. *lux* Ioh. VIII, 12. I, 18. *episcopus animarum* 1 Petr. II, 25. *archipastor* 1 Petr. V, 4. *pastor* Ioh. X, 11. *nuncius pacis* Eph. II, 17. *testis fidelis* Apoc. I, 5.

Pertinet eo

b) mentio *negotii didascalici* in N. Test. Matth. III, 23. περιηγεν ὅλην τὴν γαλιλαίαν ὁ ἰησοῦς διδάσκων ἐν ταῖς συναγωγαῖς αὐτῶν καὶ κηρῦσσαν τὸ εὐαγγέλιον τῆς βασιλείας. Et passim.

§. 7.

Fuisse IESVM Prophetam seu doctorem publicum, demonstratur

II. e commemoratione omnium istarum RERVM, quae eiusmodi MAGISTRVM CIRCVMSTARE SOLENT. Vt quasdam attingam, memoratur in quatuor biographiis CHRISTI diligentissime I) PROGRAMMA, vt ita dicam in re incomparabili; seu testimonium omni exceptione maius, quod IESVS summo merito suo, summo iure ex Dei decreto legatum oecumenicum ageret. Hoc programma publice propositum est.

a) Vox grauiissima, in viis regiis personans, IOHANNIS Baptistae, diuinitus gemino consilio praemissi. Partim vt inculcaret, vnumquemque hominem miserimum a natura peccatorem, atque intolerabilem sanctitati diuinae esse. Id quod non solum oratione,

sed etiam baptismo vel ipsorum Iudaeorum, quasi tunc primum profelytorum, fideliter inculcauit, atque sic animos ad recipiendum Prophetam magnum praeparauit. Matth. XI, 10. *Partim* vt nomine DEI promulgaret, non alium, quam IESVM, Mariae filium, esse magnum illum Prophetam et Archifacerdotem Ioh. I, 7. 29. quo nos miseri maxime indigeremus.

- β) Hoc est magnifica illa IESV initiatio ad Iordanem Matth. III, 17, et splendidissima publicatio dignitatis eius in monte Tabor Matth. XVII, 5. vbi caelestis vox ita intonuit de IESV Doctore: *αυτοῦ ἀνοῦτε.* Hoc est
- γ) copia et vtilitas *miraculorum* CHRISTI, fidem caelestis doctrinae facientium. Numerantur miraculorum, quae CHRISTVS perpetravit, vel XXX *genera*, multas sane species complectentia. Hoc inquam augustissimum diploma vicit igitur gloriam omnium veterum testamenti doctorum. Nam si inieris rationem miraculorum in V. T. narratorum, computabis ad summum CL, quorum 76 per Mosen vel Mosis causa, et 74 per alios DEI legatos peracta sunt. Nec terribilia seu ad poenam comparata, vt quaedam in V. T. sed beneficia existere vniuersa IESV miracula.

§. 8.

Indicatur 2) ACROATERIVM IESV, doctoris munia aggressi. Fuit illud non vnice Hierosolymis, vbi quidem 460 vel 480 synagogas fuisse tradunt sic dicti sapientes Codi-

ce

ce *Megillab* et *Codice Chetuboth*. Sed fuit omnis, quaqua pa-
 tuit *TERRA PROMISSA*, quam non magis indefessus, quam
 sapienter peragrauit. Solis enim instar, Pf. XVIII, 6. quum
 a loco vno in loca alia procurreret, et modo has modo illas
 terrae extremitates benigne inuiseret, anteuertit contem-
 tum, quo in *IESVM* peccaturi fuissent multi homi-
 nes, si is vna semper in vrbe, vno oppido, vno pago substi-
 tisset, quippe *quotidiana vilescunt*. Factum itaque est, disces-
 sibus *CHRISTI*, vt reditus eius eo gratiores essent, quem-
 admodum redeunte solis lumine laetatur orbis dimidius, sece-
 dit torpor, videturque, post abitum, nouam sol redux faciem
 induisse, quae tamen eadem est. Factum sic est, vt tam *plus*
 vtilitatis praestaret, quam *pluribus* hic illic hominibus, qua
 animum et corpus in hoc et futuro saeculo, salutaris esse posset.
 Obseruarunt interpretes, *IESVM*, quum ad hanc vel illam
 ciuitatem tenderet, minime linea recta, quae breuissima via in-
 ter duo puncta est, eo perrexisse, sed per varios flexus et am-
 bages eo profectum esse, vt vbique rete ac diuitias clementiae
 expanderet. In triennio, quod docendo peregit, CCLXXXIII
 milliaria ambulando saltem superauit. Saltem, inquam, quia
 euangelistae, qui tantum terminos abitus et accessus potiores
 nominant, haud potuerunt omnes *IESV* digressiones recen-
 sere. Integrum autem lapidum in *CHRISTI* itineribus
 conficere, si non plures, certe 668 lapides *HENRICVS BÜN-
 TINGIUS* * inuenit. Inprimis admirandum autem nobis
 proponit Spiritus S. Matth. III, 14-16. et bis in vno capite Io-
 han. II, itemque II. ac rursus Iohan. III, 54. quod in *GALILAEA*
 munus

* *In itineraio Noui Testamenti* (Magd. fol. 16. 16.) pag. 40.

munus doctoris exorsus ** sit noster, sanctissimis desideriis amplexandus Seruator. Nam vrbi NAZARETH (pulchrum virgultum), vbi ipse, nobilissimus furculus Esa. XI, 1. educatus erat, primos lucis suae radios destinauerat. Luc. III, 16. seq. et in Galilaea primum miracula edidit. Quenam vero, inquis, ratio suberat, quod impolitus coecis atque abiectissimis Galilaeis primo doctrinam suam offerret? Surrexit sane inter illos doctor tum quia exordium muneris in tam contenta quasi parochia pertinuit ad statum exinanitionis CHRISTI, praenuntiante scriptura Esa. VIII, 1. coll. Matth. III, 14-16; *tum* quia spissior in hac regione caligo maiorem exorientis sideris lucidi *indigentiam* ostendit; *tum*, vt eo illustrior esset vis euangelii Rom. 1, 16. cuius splendor tenebras, quanta quanta sint, disicere potest, vt eo euidentior esset amor Domini, non tam curantis iudicia peruersorum hominum, quam anhelantis omnium salutem. Quo magis ignorantia, vel *avradetia* oppressus est, eo magis festinat CHRISTVS, largiori luce tam misero homini vt opituletur. Tenendum tamen, sicut immediate *auditorium* Christi conspicui fuit sola tota Palaestina, Matth. XV, 24. sic post resurrectionem eius, mediate vni-

** Facto sic initio ex voluntate patris, deinde tamen per *primum* gesti muneris didascalici annum maxime in IYDAEA haesit. Quum vero contribules eum haud amarent, sed inuidia exciperent Ioh. III, 1. prudenti discessu in GALILAEAM, anno officii prophetici *secundo*, maiorem gradum exacerbationis eorum, disceptationem in initio, et interdictionem reditus aliquibus salutaris occupauit. In Galilaea potissimum et diutissime rem habuit IESVS. Quum vero etiam ibi omnibus vestigiis eum indagarent ac persequerentur pseudo-doctores ac Pharisei, paullo altius ascendit, et ad confinia gentilium TYRI et SIDONIS concessit. Ibi etiam, vt esset a latere *lux gentium* Esa. XXXVIII, 6. LX, 3. Luc. Ioh. X, 16. 32. *primum semestre* anni concionatorii *tertij* consumsit. Deinde reuertit in Galilaeam Marc. VII, 31.

uerfum terrarum orbem cathedram CHRISTI inuisibilis esse. In omnes enim terrarum tractus pedes Domini *** (ita vocat Augustinus apostolus) suauissimam doctrinam de restaurata salute, eiusque ordine deportarunt. Marc. XVI, 20. Internas itemque CHRISTVS in animis institutiones, per verbum suum procurat. Rom. VIII, 15. 16.

§. 9.

Significatur a vitae CHRISTI scriptoribus 3)

APPLAUSVS ingens, sed tamen

a) *inconstans, mutatus in horas* interdum. Qui acclamauerant die X Nisan *feliciter!* HOSIANNA! h.e. nunc *successum praesta quaeso* huic desideratissimo viro, agno paschali Exod. XII, 3. paullo post d. 14. Nisan vociferabantur *crucifige!* Quem NAZARENI summa cum admiratione auscultabant modo, eundem modo deducunt in rupem, vt exinde eum dent praecipitem, Luc. III, 16. seq.

Applausus fuit

b) *particularis*. Ii enim, qui praecipitatis suis opinionibus nuntium mittere detrectabant, qui spectabant externam vilem CHRISTI, nunquam ciuis academici, sortem, qui, vt et hodie, pro dolor! plurimi, rigeabant fastu atque opinione suae fatis dignae conditionis, immo meritorum, ii, inquam, qui peccatorum suorum foetorem nondum sentiebant, multis odiis et offensionibus ad internecionem vsque summe venerandum hodegum diuexarunt.

Vno

*** Norabile est, officium prophetici immediatam functionem dici Act. I. non nisi *initium* aliquod *ἀρχαοθαι*. Mediata per apostolos cohaeret, cum ista, etque istius *consuetudo*, eodem auctore.

Vno *omnium* ore laudari, non est optimum iudicium. Fidelis DEI seruus gaudet tantum odio malorum, quantum gloriae cupidi contristantur vel oblatratu vnus et laxa hypocriti *omne ferre punctum* laborant.

§. 10.

Refertur in sacris litteris 4) METHODVS CHRISTI, auditoribus conuenientissima. Docuit primum exemplo ac vitae integritate Act. I, 1. deinde verbis, * non insolenti splendidae pompae sublimitate tumidis, quamuis *επουδένια* nollet, sed ad captum audientium accommodatis, Ioh. III, 12. fatiantibus animos, nec sensitiua perfectione, quam aesthetica, attentionem excitans, praecipit, deficientibus. Matth. XIII, 36. Luc. VIII, 9. 10. Scripta IESV maiestas nulla reliquit. Ipsa eius cum discipulis consuetudo fuit ad institutionem et excitationem comparata.

§. 11.

Certiores reddimur 5) de ARGUMENTO doctrinarum eius. Redeunt *partim* ad veram legis explicationem, immensa commentorum ac traditionum mole obrutae, *partim* ad praeconium euangelii, hoc est, doctrinae de reconciliatione DEI cum homine, atque hinc scaturiente animi tranquillitate, fiducia paterni in DEO erga nos amoris, ac felicitatis nostrae aeternae. Huc accedit institutio nouorum sacramentorum. Cele-

* Vt exemplar superesset publicae doctrinae Iesu; Matthaeus vnam orationem publicam Matth. V. VI. VII. integram exhibet, sicuti Iohannes priuatos sermones collegit.

Celebratur 6) DONVM huius optimi Psychologi pariter ac oratoris DIDACTICVM Ef. L. Matth. VII, 28. 29. XXII, 22. 33. 46. Marc. I, 22. Luc. III, 22. 32. et reliqua tam multa recensentur, vt dubium restare nemini queat, IESVM doctorem publicum egisse indefessae fidei Marc. III, 20. VI, 31. Ioh. III, 33. 34. zelo vindicandi honoris DEI patris plenum Ioh. VII, 18. I, 17. ingennum, fremitus peruerforum non timentem, vitia virtutis colore non illinentem, constantissime veracem, tenerrima pietate fitientes animos fouentem, inuictum ac potentissimum egisse. Intueamur reuerenter in hoc nobis singulis propositum, exemplum, tamquam in extersum aliquod speculum, hoc praesertim strepero saeculo, quod nugarum feracius est, ac tolerantius, quam veritatis.

§. 12.

NVM IESVS ANNO AETATIS XXX. MVNVS
DOCTORIS PVBLICI AVSPICA-
TVS SIT?

Virili aetate aduiffe munus Doctōris suauissimum perditae felicitatis nostrae restauratorem, efficitur ex vocabulo *άνηρ*, quod Iohannes Baptista IESVM statim post eius baptismum, h. e. inaugurationem et vnctionem IESV ad munus propheticum, insigniuit Ioh. I, 30. Quemadmodum enim IOHANNES ante eius baptismum *generatim* testatus erat, adesse iam in mundo exoptatissimam mediatoris personam, sic in eius baptizazione et post eam diserte contendit, non alium, quam hunc ipsum, quem indigitabat, esse CHRISTVM *ούτός έστι περι ου έγω έπρον όπισω μου έρχεται άνηρ, ός έμπροσθεν μου γενονεν* *Hic est, de quo ego dixi, post me venit VIR* (post aliquod hebdomades fur-
D get

get DOCTOR magnus, perfectæ, vt ego, ætatis,) *qui ante me fuit.* Vox ἀνῆ * notat marem, ad virilem ætatem perfectum, et opponitur νεανίσκῳ aliisque iuuentutis nominibus; ceu luculentis confirmare exemplis possem, si vacaret. Alibi etiam e. c. Matth. VIII, 27. Act. I, 22. ἀνῆ.

§. 13.

Anno virilis ætatis *tricesimo* ad finem vergente CHRI-
STVM primordia muneris docendi capeffiuiffe, declarat LV-
CAS capite III, commate 23. his verbis: καὶ ἀντὸς ἦν ὁ Ἰησοῦς
ὡσεὶ ἐτῶν τριάκοντα, ἀρχόμενος *Et ille (v 22.) erat IESVS fere*
annorum TRIGINTA, quum inciperet.

Duo hic notanda sunt;

- 1) Primo *participium ἀρχόμενον* non pertinere ad ἦν vel τριάκοντα, quasi hoc vellet Lucas: SVB INITIVM *anni tricesimi* hanc introductionem ad officium propheticum contigisse. Nulla enim compages vsitata adesset propositionis; quam in voce τριάκοντα finiri, quiuis cernit. Sed ἀρχόμενος absolute ponitur vt Act. I, 1. nouamque format propositionem; non ad ætatem, sed *ministerium* relatum: *quum inciperet* scilicet facere et docere. Act. XIII, 24. Etiam Germanis, Syris et Aethiopibus sollemnis est istiusmodi concisa locutio.

§. 14.

- 2) Alterum, quod expediri meretur, est particula ὡσεὶ. Tacitus

* THEOPHYLACTVS in Joh. I. ἀνῆρ δὲ λέγεται ὁ Κύριος. τάχα μὲν καὶ διὰ τὸ τῆς ἡλικίας τέλειον τριακονταετῆς γὰρ ἐβαπτίσσατο. *Vir dicitur dominus, fortassis etiam propter ætatem perfectam, quoniam 30. annorum fuit, quum baptizaretur.*

citus praeteribo varias eius explicationes, quarum pluri-
mae non tam petitae ex usu eius, quam nouo usu fictae
videntur esse. Hoc vnicum, dicam, quod calculo suo
usus approbat, *ὡσεὶ iungi* AVGMENTIS *solere, quae, si*
verum expiscari cupis, minuendae sunt exigua parte, non
exaggerandae. Compara Luc. VIII, 28. *ὡσεὶ ἡμέρας ὀκτὰ*
fere dies octo. Subtrahendum hic esse aliquantillum, nihil
vero addendum, docet locus, parallelus Marc. VIII, 2.
καὶ μετ' ἡμέρας ἕξ et POST *dies sex.* Hoc est, die octauo
nondum absoluto. Si qui sunt, qui locum Ioh. XVIII,
14. sphalmatis reum agunt, ibique pro γ scriptum esse ς
sibi persuadent, ideo quod contradicere videatur Marci nar-
rationi Cap. XV, 25. ego quidem hac audacia mihi non opus
esse puto; si modo usum particulae *ὡσεὶ* * probe tenuero.
Nimirum demendum aliquid est valori in verbis Iohannis
ὡρα δὲ ὡσεὶ ἕκτη, siquidem *ὡσεὶ* augmenti, sed NB. minuendi,
index est. Ita igitur vexata haec verba existimo esse
vertenda: *Hora nondum sexta effluerat,* quum condem-
naretur. Respicit nempe Iohannes ad miracula, quae
hora sexta fiebant, et hoc monito significat, condemnationem
istam praecedentem fuisse causam terribilium Phaenomenorum.
Sic minime Iohannis verba refragantur Marco, dicenti, *audita hora tertia*
cruci affixum esse IESVM. Simili modo exponenda sunt verba ista
Lucae *ὡν ὡσεὶ ἐτῶν τετάρων.* Nempe agebat annum trigesimalum adeo,
ut proxime

* Nescio, an iam alii hanc extricandi viam ingressi sint. Miros certe, I. C. WOLFIVM, dum in eo est, ut variarum sententiarum ad Ioh. XIX, 14. censum agat in *curis Philol. et Crit.* neminem attulisse, qui particulae *ὡσεὶ*, utique obseruandae, rationem habuerit.

xime ab eius fine abesset. Propter *ώσει* enim aliquid abscindendum est. Non supergressus erat IESVS hunc annum, quod putat *Petrus Allixius*, nec nuper eum inierat, nec imminebat is annus demum, sed ** senescens

** Faciunt cum eadem sententia *Patres* aliquot, qui crediderunt, a similitudinis particula *ώσει* nullam abundantiam, sed imminutionis aliquid Luc. III, 23, inferri, Testor iam quidem solum EPIPHANIVM, in *haeresi* LI, ἦν γὰρ, inquit, τῷ μὲν ὄντι ἐικοσιεννέα ἔτων καὶ μηνῶν δέκα, ὅτε ἐπὶ τὸ βάπτισμα ἦκε, τριάκοντα μὲν ἔτων, ἀλλ' οὐ πλήρης. *Eras enim re vera annorum VIGINTI NOVEM et mensum DECEM, quando ad baptismum venit, triginta quidem annorum, sed non plenus.*

Sollicitent subinde *Epiphaniis* fidem Critici; hoc certe loco nihil referre mihi videtur, quod abs re sit. Plausibilis enim *περιτάσεων*, quas euangelistae narrant, conspiratio eius auctoritatem tuetur, si posuerimus, IESVM inclinante mense *Decembre* natum esse. Mihi quidem haec sententia prae reliquis placet *partim* propter antiquissimam in ecclesia traditionem, iam saeculo II. peruulgatam, non tam iure quodam praescriptionis, quam ex verisimilitudine facti, et iusta in primiriis Christianis fiducia, receptu dignam; *partim* propter luculenta in scriptoribus Romanis indicia, exeunte anno Romano censum in Palaestina actum, et QYIRINIVM praeter ordinem eo missum esse legatum, potentiae Romanae indagandae ergo; *partim* propter indubitatum testimonium censualium tabularum, quas suis quoque temporibus Romae fuisse, CHRYSOSTOMVS testis est in sermone de *Natali*, quas ipsas inspexerunt multi senatorii ordinis homines, iam capti CHRISTI doctrina, aut post ad eum conuertendi. Hinc verus CHRISTI natalis alii etiam cum ecclesiis orientalibus communicatus est, eo cum plausu, ut altero opinio publica, quae in graeca obtinebat ecclesia, et sextum Ianuarii diem pro natali CHRISTI habet, loco mota sit. Saeculo iam tertio obtinuisse Constantinopoli consuetudinem, annum natiuitatis CHRISTI memoriam die XXV. Dec. celebrandi prodit CHRYSOSTOMVS *Tomo V. serm. XXXIII. pag. 417. v. D.* (ed. it. Sautilian.) vbi occidenti τοῦς ἀπό τρεῖς μὲς τοῦ Γαλιλαίων ὀνομασίς istum morem assignat. GREGORII NATALE

scens ad finem iam properabat. Patet itaque ex hoc Lucae testimonio, recte intellecto, in egressu tertii sanctifi-

ZIANZENI homilia 38. ibidem habita, idem notat, dicentis, *Theophaniam* h. e. festum natalis Christi, excipi non multo post *luminum festo* seu *epiphania*. In Asia *Antiochiae* eandem sententiam iam tunc viguisse, planum est e *CHRYSOSTOMI homilia VIII. in pascha*. Deinde autem *Aegyptum* etiam, et ecclesiam *Hierosolymitanam*, omnesque, si ab *ARMENIS* discesseris, populos *CHRISTO* addictos, hanc sententiam occupasse, sanctorum est. Fac, inquam, mense *Decembri*, sexto septimanae die, natum esse alterum Adamum (licet *Epiphanius* haeres. 51. sect. 23 hoc haud pronuntiet). Quod si dederis, circa mensem *Decembrem* demum completus futurus fuisset annus *CHRISTI* tricesimus. Iam, si post *decimum mensem* ultra annum aetatis suae 29, *CHRISTVS* baptizatus est, absuit a primo paschate Ioh. II, 13. quo diuinam missionem suam primum publice declarauit, *quatuor circiter menses*, Decembrem, Ianuarium, Februarium, et Martii quidquam. Qui comparat ea, quae inde a baptismo *CHRISTI* vsque ad primum illud pascha gesta sunt, inueniet, ea commodum intra hoc interuallum habere locum, immo vero ita comparata esse, vt spatium quatuor mensium requirant. Excepit enim baptismationem istam 1) *uentatio* *CHRISTI* in deserto, minime paradisiaco, per 40. dies Matth. III, 3. seq. Luc. III, 1. seq. II, dum efficiunt vnum mensem ac fere dimidium, attulerunt finem anni *CHRISTI* tricesimi expleti. 2) Praesentia *CHRISTI* ad Iordanem et duplex Iohannis de eo testimonium, alterum ad populum Ioh. I, 29. alterum coram duobus discipulis Ioh. I, 35. 36. 3) *Vocatio Andreae, Petri et Iohannis* Ioh. I, 40 - 43. 4) *Vocatio Philippi ac Nathanaelis* Ioh. I, 40 - 45. 5) *Commemoratio in nuptiis, canae Galilaeae* celebratis Ioh. II, 1. seq. 6) *Commemoratio Capernaumi* Ioh. II, 12. vbi satis diu restitit, sed non multos dies, si isti cum habitatione, Capernaumi deinde fixa, Matth. XVII, 24. VIII, 1. III, 13. comparantur, coll. Apoc. I, 5. XIII, 31. 7) *Iter Hierosolymas directum*, 14 milliarium Ioh. II, 13.

Sed parum praeclare sentirem de lectore aequo, si eum denuo veniam, quam supra iam peti, rogandam putarem. Aegri corporis imbecillitas nullam fere relinquit animo alacritatem. Lex festinandi vrget. Quid mirum,

simae vitae decennii, ex intimis animi sensibus amandum, SERVATOREM nostrum docendi publice spartam suscepisse.

§. 15.

Quum igitur satis manifestum sit, anno aetatis tricesimo IESVM se baptizandum exhibuisse, simul in aprico est, non anno quinquagesimo, vti Irenaeus errat, sed anno XXX IESVM munus doctoris publici ingressum esse; teste Matthaeo Capite III, 17. ἀπὸ τότε (post baptismum) ἤρξατο κηρύσσειν, et Petro Act. I, 22. ἀρξάμενος ἀπο τοῦ βαπτίσματος Ἰωάννου ἕως τῆς ἡμέρας ἧς ἀνελήφθη et Act. X, 36. 37.

§. 16.

Quo certius autem est, nihil in vita CHRISTI, quem *septem* providentiae diuinae oculi obseruant Zach. III, 9. existere sapienti consilio destitutum: quo euidenter est, neque rabiem hostium temerariam dirigente *χειρὶ καὶ βούλῃ* supremi Definitoris caruisse Act. III, 28. XIII, 29; Eo minus dubitare licet, initium officii prophetici CHRISTI isto praecise tempore capeffum esse non nisi singulari sapientiae diuinae nutu. Adferam haec rationes quasdam, quae meditantis animum subiere certus, a prudentioribus multas illis addi posse; certus quoque, omnes omnino huius decreti diuini elateres a nullo mortalium in hac vita resectum iri.

CAPVT

si aridum ac dissipatum fuerit dicendi genus? quid mirum, si tam difficili quam praestanti minus fecero satis argumento, quod a plurimis oraculorum diuinorum interpretibus vel praetermissum plane, vel leui tantum manu tractum est?

CAPVT II.

Expediens causas,

CVR

CHRISTVS TERTIO demum VITAE suae

DECENNIO ad finem properante MVNVS PROPHE-
TICVM EXORSVS SIT?

§. 17.

Partiar hanc disquisitionem in *tres* sectiones, vt *primum* rationes reddam, cur CHRISTVS NON IUNIOR ad munia publici doctoris obeunda accesserit; *deinde* vt exponam, cur NON SENIOR inceperit dedita opera aliorum animis veritates diuinas infigere; et *denique* vt quasdam rationes aperiam, cur non nisi TERTIA vitae DECADE *prope exacta* in prouinciam publice docendi caelestemque doctrinam hominibus restituendi, abire voluerit.

MEMBRVM I.

Explicans,

CVR IESVS NON IUNIOR SACRO DOCTORIS
MVNERI ADMOTVS SIT?

§. 18.

Licet nullum dubium sit, IESVM ea iam annis pueritiae suae excelluisse sapientia, quae magistros decet, Luc. II, 47; licet item in confesso sit, IESVM etiam adolescentem singulari

gulari vi diuina idoneum reddi potuisse ad officium propheti-
cum publice obeundum: videmus tamen, sapientiae Numinis
haud placuisse, huic praecoci ingenio prius has partes deferre,
quam aetatis suae Meridiem IESVS attigerat. Inter rationes,
cur is NON MINOR AETATE oratorem publicum egerit, non
minima haec est, quod iunior 1) *reprehensionibus* magis expositus
2) *minus felix* successibus suo aeuo, 3) et posteris *cuiuscumque*
aetatis hominibus *minus accommodatus* fuisset futurus.

§. 19.

RATIO PRIMA

OPINIO PVBLICA, de IVENTVTIS MINORI
quam par est, ad DOCENDVM

ἰκανότητι.

Si exstiterunt *iuuenes*, qui, senum probatissimorum velli-
gia sectati, pro *patribus* habendi erant prudentiae senilis, si iu-
uenes *annis* possunt esse senes *horis*, nullius nempe facta tem-
poris iactura: tam rara tamen eiusmodi sunt exempla, vt pu-
blici saporis inde a longis retro saeculis facta sit opinio, quae
parum fiduciae erga iuenculos doctores progignit; tum *ortho-*
doxiae tum *pietatis* habita ratione. Inter Iudaeos in primis ea-
dem valuit sententia, quippe qui, diuinitus moniti Lev. XVIII, 32,
tantum tribuebant aetatis, quantum ne Lacedaemonii quidem
tribuerunt, inter quos tamen honestissimum senectutis fuit do-
micilium. (CICERO de *senect.* c. 18.) Causa, cur *minus apta*
habetur *iuuentus ad labores doctorum* rite exantlandos sunt VI-
TIA quaedam, isti aetati annexa plerumque, *defectus* item.
Caruit istis profecto ἀναμαρτητος SERVATOR, sed defectus
naturales, culpa vacuos, progressu temporis demum explendos,
humana natura huius ἐκκλινομένου praedis haudquaquam re-
spuit. Luc. II, 40. 52. Cessit subinde aliquantisper communi-
bus

bus sententiis sapiens pater, qui dare aliquid solet puerorum hebetudini. Age igitur nonnulla adducamus impedimenta, quae efficiunt, ut iuuentus grauissimam docendi spartam minus ornet. Deest lubricae huic aetati aliquid qua *intellectum*, qua *voluntatem*, qua *habitus* seu consuetudinis firmitatem. Hinc iusta ei deest auctoritas.

§. 20.

CHRISTO non iuniori concredita est muneris propheticæ administratio; A) *quia iuniorum IUDICIUM nondum maturum esse solet.* * Iuuentus plerumque similis est primis cogitationibus, quae secundis sapientia cedunt. Inest enim cogitationibus iuuentus quaedam non minus quam aetatibus. Fit inde ut auditores dissident monitoribus pubescentibus, audiantque eorum orationes non tamquam satis commendatas, sed tamquam examine multo, num erroris expertes sint, indigentes. Hanc autem sententiam, quod doctor ad errores procliuor fit, quod, parum confirmatus, facile mentem mutet, fructibus

* Agnoscit Paulus hunc iuuentutis item ac pueritiae morbum Eph. III, 14. hac allusione *ἵνα μηκέτι ὤμεν ζήπιοι*, quae vox ἀνδρὶ τέλεια opponitur, κλυδωνιζόμενοι καὶ περιφερόμενοι παντὶ ἀνέμῳ τῆς διδασκαλίας ἐν τῇ κυβείᾳ τῶν ἀνθρώπων, ὃν πανουργία πρὸς τὴν μεθοδείαν τῆς πλάνης, ne amplius simus pueri, seu instabilis aetatis homines, intrinsecus simul atque dubitatio subnascitur, *fluctuantes et extrinsecus*, laeuissimae nauis instar, *circumieci omni adorienti vento doctrinae peregrinae* Hebr. XIII, 9. per *aleatoriam versutiam hominum*, qui talorum actu ficto alia quaeuis oculis obiiciunt, quam fraudem occultam non cupit imperitus et paulum progressus aetate; per *astutiam ad methodicas* h. e. in compendio callidas *insidias* Satanae, qui *dolus* in abstracto dici meretur, effictam et comparatam, Eodem tendit phrasīs Es. LXII, 4. LXV, 20. Iohel X, 16.

E

tibus institutionis valde officere, quis non videt? Voluit igitur coelestis Pater, qui salutem hominum, ideoque assensum et obsequia eorum serio cupit, qui staturam decentem CHRISTO prospexit Luc. II, 12. atque externa reliqua omnia magno scopo salubriter attemperavit, voluit is; ut magnus Legatus suus ** praesidio aetatis minime vacaret. Existimatio perfectae rationis, defaecati iudicii, et orthodoxiae, exinde probandis, utique opus fuit IESU, viam salutis hominibus monstranti. Quum vero indecora *iunior* aetas istam auctoritatem CHRISTO, inter homines, cuncta metientes *probabilium* mensura, haud conciliatura fuisset; non tulit sapientia diuina, ut annis minor IESVS prouinciam publice docendi sulciperet.

§. 21.

** Cauti etiam prouidentia diuina, ad opprobrium fugiendulae aetatis amolendum a seruis CHRISTI, ut nemo horum, qui Domini dogmata propagare iussi erant, *infra aetatem virilem* esset, Paulus quidem nominatur Act. VII, 58. *νεανίας*. Notum autem est, veterum quosdam hac voce, (pariter ac Hebraei vocabulo *נעך*) exprimere aetatem, quae ad annum quadragesimum usque porrigitur, et nobis *uirilis* audit. Constat ex oratione de *Petro et Paulo*, quae CHRYSOSTOMO adscribitur, Paulum anno aetatis 68 martyrium fecisse, per 35 annos autem interpretem euangelii egisse. Quadriennio ante mortem anno aetatis suae 64, aerae vulgaris 62, scripsit ad Philemonem, se esse *πρεσβύτερον* aetate prouectiorem v. 9. conf. IOH. PEARSONII *Annales Paulini*. Illinc colligere licet, circa annum aetatis suae XXXIII, paulo post Stephani lapidationem selectum et vocatum esse Paulum, ut coetus CHRISTO conderet. Vide LENAÏN DE TILLEMONT, *Memoires pour seruir à l'histoire ecclesiastique* Tome II, pag. 787. seq. (à Bruxelles 1706) et praeter multos alios, quos recenset G. F. GVDIVS in *bibliotheca dissertationum et observationum*, WERDMYLLERVM in *der Paulinischen Gottesgelahrtheit*.

§. 21.

Locum doctoris publici IESVS iuuenili aetate haud occupavit, vt euitaret inuidiam peruulgatae opinionis; B) quod *iuuonorum VOLVNTAS nondum satis culta, subacta et emendata esse soleat*; * ideoque ephebi, vel paullo maiores ephebis, aptissimi fane non sint ad grauem hodegi personam sustinendam. Nimirum iis vitiis vicina est iuuentus, quae constantiae, et ταπεινοφροσύνη, egregiis fane ac magistro perquam necessariis virtutibus, aduersantur.

§. 22.

In spinis ocreatus, animo obfirmato, durus, et Soldurius, vt ita dicam, miles fiti necesse est, qui doctrinas diuinas aliis tradit. Veteres dixere, Doctor Theologiae esto τετραγώνος *quadratus*, non volubilis et passibus ambiguus errans. Sed iuuenulos doctores vexat identidem timor, et procliuitas, visa aduentantis hostis pupilla arma abiiciendi. In afflictionum procellis facilius franguntur animo hi imbelles. Longe productum *spei* filium debet esse illi, ** qui homines a natura DEO

* Respicit eo Paulus 2 Tim. II, 22. quando νεωτεριῶν ἐπιθυμιῶν mentionem inicit, *iuuenilium cupiditatum*. Sic notat, inprimis iuuentutem indignis studiis vrgeri.

** CHRISTVS certe longissime continuatum expectationis filium adhibuit, quum etiam inter eos suggestum suum denuo constitueret, a quibus pessime iterum iterumque exceptus fuerat. In profligata Galilaea, vt supra dixi, diuissime haesit; medicus, eo magis protensae patientiae, et curae, quo periculosus vulnus est. Nec dubito, quin ex hoc summi doctoris exemplari deriuatum sit, quod Paulus 2 Tim. II, 24. praecipit; vt sit episcopus ἡπιος, matris nutricantis instar 1 Thess. II, 7, non vna vice, sed

DEO inimicos, tot praeiudicatis opinionibus imbutos, tam pertinaciter rebus, quae sensui gratae sunt, deditos, ad meliora traducturus est. Sed iuvenes solent se ostendere praeferuidos, ac vehementiores. Plura mouent, quam rursus componere sciunt, prout nouitii citharoedi multas citharas corrumpunt. Promti ad audendum, ad fines aduolant, gradibus et adminiculis non probe pensitatis. Irae aestu, aliisque, a doctore seiungendis, turbulentioribus animi motibus, multum infestantur. Volunt, vt sibi statim obsequium praestetur; quod optant etiam dexterrimi quique. Sed volunt illi modo adulate aetatis homines adeo impatienter, vt fere animum despondeant, nec pergant in labore, malitiam hominum, salutaribus veritatibus precibusque expugnandi, quando eos, licet saepissime monitos, vident in perniciem pergere. Absimiles agricolis, qui sequenti anno tamen agrum indefessi curant, quamuis hic praecedenti fuisset sterilis. Decet nuntios DEI *μακροθύμια*, vt ipsi sint placidi, nec facile precentur, cum tironibus istis Luc. VIII, 54, vt vindex ignis coelo delabatur. Sed insidiatur iuuenibus fomes et calor quidam naturalis, qui in importunos subinde ignes atque impetus degenerat. Cum regina virtutum, *συμικροπρεπεία*, quam insufficienter modestiam et incongrue humilitatem vocant, raro plane consuescunt inferiores annis. Inflati, * et mera confidentia turgidi, gloriae

sine certo numero morosos filiolos, pie monentis, *διδασκτικός ἀνεξίκανος*. Praepositur *διδάκτικός*, vt compareat, continuatione instigationis exhortatoriae episcopum demonstrare debere, quod malos (si modo non sint seductores Apoc. II, 2.) tolerare et incurias etiam contradicentium perferre sciat. Conf. diss. mea de EMPHASI POSITVS in *phrasologia sacra*.

* Notat hoc arrogantiae periculum, cui in primis obnoxii sunt nouelli Paulus
1 Tim.

lae auidi saepius deprehenduntur. Sicuti vero haec vitia omnes dehonestant, sic turpissimum est
doctori, si culpa redarguit ipsum.

§. 23.

Maturius noluit suauissimus SERVATOR officii publicitatem ordiri c), quia iuuentuti deest multa EXPERIENTIA, seu cognitio propriis sensationibus tam internis quam externis et longiori rerum usu acquisita.* TENTATIO, Lutheri dictione utar, ei deficit, quae facultatem bene agendi affricat et roborat demum. Similis malleo, qui clauum in pariete firmat, antea versatilem. Pueros experientia sufficienti destitui, res ipsa loquitur. Hos igitur mitto. Loquor solum de adolescentibus, hominibus in tertio aetatis septennio versantibus, et de tempore, quod adolescentiae proximum est, iuuenili nempe, quod ad annum 28 extenditur. His iunioribus insignis, inquam, deest experientia tam actiua, quae consistit in applicatione doctrinarum reuelatarum ad nosmet ipsos, cum ἀσκήσει theoriae rite digestae interna pariter atque externa, continuis precibus a Spiritu DEI impetrata. Deest iis experientia passiuua necessaria, hoc est, molesta, sed a latere precum subsidio stipata

1 Tim. III, 6. Deceet, episcopum haud esse nouitium ἵνα μὴ τὸ Φωθεὶς εἰς κέσμα ἐμπέσῃ τοῦ διαβόλου. Talis enim iuuenis qua aetate spiritualem non magis quam corporalem facile cristas tollit. NB. opinatione fumosa impleti, et fastus sui impotens, incidat in poenam, in quam Satanas superbus incidit.

* Haec est ratio, cur velit Paulus 1 Tim. III, 6, vt episcopus ne sit νεόφυτος, non recens per doctrinam et baptismum et CHRISTI sacra perductus, nuper implantatus ecclesiae. Nam pauca experiendo didicis. *Quodque παρῆκε ποιεῖ, nemo docere potest.*

pata sensatio *tum* naturalis impotentiae, et auersionis ab eo, quod optimum est, *tum* variarum difficultatum ingratarum, cum praxi fidei ac vitae coniunctarum.

Haec enim *ars longa* est, illorum autem *vita brevis*. Complures anni requiruntur, donec genuina genuini habitus constitutio ad eam formam emergat, quae solidum magistrum facit. Id quod ex definitione *habitus* intelligi potest, quippe qui ex multis demum actibus homogeneis sensim contrahitur.

§. 24.

Vt vero appareat, quantum faciat ad dexteritatem docendi imminuendam deliquium *experientiae*, commoda nominabo nonnulla, quae ab ea pendent inprimis. *Primum* quidem exercitatione propria 1) *cognitio* euadit *perfectior*, *certior* et *ardentior*. Plurimae veritates diuinae eius indolis sunt, vt sensu demum plenius patefiant. Indices sunt certarum sensationum, (sensationes autem nullas verbis satis exprimi posse, quiuis nouit). Quicumque igitur perfectiorem veritatum illarum cognitionem anhelat, sensationes has ipse subire debet. Quo facto expedita sunt, ante visa *ἀσύτατα*. Fieri enim nequit, vt res, quae sub visum et gustum cadunt, sine visu et gustu, ex iis, quae a iuribus tuis narrarunt, prorsus diiudices. *Ἄσφαλείας* matrem itidem esse experientiam, vel intuitus opificum et artificum nos condocabit. Quanam enim re euenit, vt ad maiorem intrepidam *certitudinis* gradum pertingant in institutis suis vestitui laborantes, *sartores*, *sutores*, *textores*, victui inferuientes *agricolae*, *hortulani*, *molitores*, *pistores*, *piscatores*, habitacula, et connexa necessaria procurantes, *caementarii*, *fabri ferrarii* et *lignarii*, *tignarii*, itemque nobiliores technici, *pictores*, *sculptores*, caelatores, architectorum, *chalcographi*, *horologiorum fabri*? Diuturno certe vsu, longa obseruatione, multa
anno-

annotatione. Sicuti autem ignoti nulla cupido, sic noti, et facilioris indies est *ardentior*. Deinde experientia gignit 2) *robur* quoddam AMORIS erga DEVM, forti fiducia permixti, quo quidem ad compescendos illicitos animi motus nihil potentius, et in doctore nihil pulchrius est. Non minus voluntas rite in DEVM affecta, quam iudicium, politur diuturna exercitatione. Et eo quidem magis eius ad summum bonum inclinatio corroboratur, quo quis melius interiecto longiori temporis spatio, variis occasionibus perspexit, quid DEVS, abyssus misericordiarum, sit atque fecerit? quidue nos miseri homines simus fecerimusque? Diutius in militia sacra exercitatus minus metuit pericula, minus mouetur externo rerum splendore, vel minis, ut turpem adulatorem agat, scandalisue parcat, minus curet odium, inuidiam, contentum, paupertatem, et id genus alia. Firmior in virtutibus * perstat. Facit vsus rerum, optimus magister, 3) ad PRVDENTIAM *maiorem*. Multorum enim casuum euentus contemplati, et serena et nubida, ab exordio vsque ad finem, conspicati, cum variis calamitatum fluctibus ipsi conflictati, edoctique suis et aliorum aberrationibus, regulas e praeteritis abstrahere possunt, similibus negotiis cum fructu applicandas. ἄγει πρὸς Θεῷ τὴν ἀληθείαν χρόνος, ac διπλοῦν ὀρώσιν experti. Valent igitur consilia feliciora suppeditare, quod doctoris est, valent remedia meliora, solamina efficaciora, praecipere, foeditatem peccati dilucidius ante oculos ponere, sciunt silentio premere, quae sub rosa resciscunt,

* DAVIDES CHYTRAEVUS de studio theologico recte instituendo: Non excellens eruditio, inquit, bonum theologum faciunt, nisi CRUX accedat (haec vero plurium annorum congeries est) per quam DEVS lucem verae cognitionis sui et omnes VIRTUTES, ignis per verbum accensas, probet, expulset et confirmet.

scunt, in methodo doctrinae omnium captui** melius morem gerere; Quippe plurium annorum interuallo sui et aliorum hominum maiorem notitiam sibi acquisuerunt, accuratiusque de morbis mentis humanae iudicium, quales sint, vnde oriantur, vbi haereant, quomodo curari queant, faciunt. Parit longior experientia 4) ANIMI SVBMISSIONEM, vt homo, qui iuuenulus egregie sibi placebat, progrediente tempore modestius de se sentiat, tum qua eruditionem, tum qua vires bene agendi ac DEO se probandi.

Omnia te, dum IUNIOR esses, scire putabas
Quo scis plus, hoc te, scis, scio, scire minus.

Dies docet, *σαπρὸν* esse, qui sapere tantopere sibi videbatur, mutila, naeuis contexta, fragilia, immo abominabilia subinde, esse, quae superbam fiduciam animo inspirauerant. O quantum est, quod nescimus! O quantum est, quod erramus! Quo magis prouehitur aetate homo, DEO moriger, eo sapidior ipsi fit sacra scriptura, verae sapientiae compendium sine pari. Olim iunior mirum quantum suis ratiociniis fidebat; lingua, indigno mucro obducta, tantam non senserat verbi diuini praestantiam. Iam videt, quam inanes fumos debilitata hominum acies captatura esset, in quam periculosum barathrorum labyrinthum coniecturus sine spe emergendi, se esset homo,

** Spiritus CHRISTI, interueniente experientia, Paulo hoc momentum prudentiae instillauerat. Is *quadragesimum* aetatis annum iam excefferat, quum 1 Corinth. VIII, 22. scriberet, se non eodem modo omnes erudire, sed exploratis nationum et vnus cuiusque ingenio, moribus, studiis, vitae genere, ita instruendi rationem temperare, vt quosdam saltem vbique miseriae eriperet. *Τοῖς πᾶσι γέγονα τὰ πάντα, ἵνα πάντως τινὰς σώσω.*

mo, nisi luce *testimonii* fide simplici arripiendi Deus humano generi succurrisset. Experimentis doctus, desperat etiam de suis bonis operibus. Sentit indies magis, quidquid in nobis bonum est, id diuino beneficio deberi. Virtutes naturales, ad quas ipsius hominis, sibi relictæ, vires sufficiunt, esse non nisi *coecam et superbam pertinaciam*, dicitque posse *palatia*, admodum superba, *arenæ seu coeno corruptæ naturæ supraedificata* *. In examine sui ipsius interrogatus.

Quod sum? quis? qualis? quantus? quotus? unde? quibusue

Ortus auis? quorsum tendo? quibusue viis?

Respondet *ὄλοκαρδῖος*

VERMIS, HOMO MALVS, EXIGVVS, postremus ab imo,

Talibus et cretus, nitor ad astra fide.

Denique experientia plurium annorum reddit hominem
 5) MISERICORDIA erga alios et mansuetudine plenum. *χερό-
 vos πανδαμῆτωρ* est. Solent certe ii, qui diu res humanas con-
 tuiti sunt, diu inter homines versati, varia periclitati, in viis
 Domini ipsi prouecti, mitioris et magis tractabilis ingenii esse,
 patientiores offensionum, et iniuriarum, tenaciores pacis,
 amantiores fratrum, diligentiores in docendo esse, quam impe-
 riti tirones.

§. 25.

* Haec habet PETRVS POÏRET in libro *de eruditione solida, superficiaria, ac falsa* L. III, §. LIII. pag. 322. Et verissime quidem eum haec pronuntiasse censet IOH. FRANC. BVDDEVS in dissertatione præliminari ad libros V DIODORI TVLDENI *de cognitione sui*.

§. 25.

Hi quinque habitus praeclari, eo, qui alios instituturus est, imprimis digni, quum deficiente experientia deficient, adeoque etiam adolescentes, vel huic aetati affines, destituant: fit inde, ut iuuenum doctorum auctoritas valde labascet. Hinc etiam CHRISTVS iuuenili aetate ad docendum prodire noluit, *εμπειροτος* et aptus, sed sententiis communibus aliquid tribuens. Minime is sum, qui dixerim, omnes omnino iuuenes esse hebetes et incertos, in colendo NUMINE ambiguos et inconstantes, imprudentes et scopolorum allisionis nescios, vento impletos ac insolenter tumidos, inhumanos ac feroces. Nouimus enim, quantum gratia, *quae animum confirmat* Hebr. XIII, 9, possit, quantum in pueris etiam, martyrio coronatis, omnium virtutum exemplaribus, praestiterit is, cuius virtus in infirmis testulis maxime est potens. Sed mundus regitur probabilitatibus. Indubitatum est, limitibus circumscriptos, (tales sunt autem omnes homines.) cum tempore augmenta dexteritatis capere posse. Is igitur, qui in iuuentutis herbis dexter est, deinceps si maturesceret, dexterior euadere posset. Quum vero longior experientia, in qua Spiritus S. gratia operatur, sit res longioris temporis: vero euadit simile, iuniores ea, quae ad doctorem requiritur, *ικανότητι* tantum haud * instructos esse, quantum ea natu maiores, si cetera sint paria, ornati deprehenduntur esse. Admiremur, age! vigilantissimam DEI prouidentiam, quae filium vel a suscipionibus tutum praestare,

* Propter opinionem publicam, quod persona doctoris non optime conueniat cum iuvene, opus esse, vidit Paulus, ut moneret Timotheum I Tim. III, 12. *Μηδείς σου τῆς νεότητος καταφρονείτω. ἀλλὰ - - -* h. e. ita regere, ut nemo arripere possit occasionem iuuentutis tuae nomine te contempnendi.

stare, hostibusque os obturare voluit. Hi quum Ioh. VII. 15. offenderentur eo, quod in suo commercio ad litteras non incubuisset; quantum requisuissent in doctrina eius, si aetate nondum ea fuisset, in quam fiducia cadit?

§. 26.

Aetas, tam pueritiae quam adolescentiae proxima, exiguae est ad docendum auctoritatis D), quia *destituitur commendatione boni exempli complurium praeteritorum annorum.* * Dicitur vix potest, quanta sit vis exemplorum in utramque partem. Multum derogat auctoritati docentis suspicio auditorum, illum esse doctorem *μέχρι τῶν λέγειν ἀνευ τοῦ πράττειν.* Locus autem est isti suspitioni magis, quando doctor perbrevis est aetatis, et e vita eius ante acta nondum diu eluxit, eum ista, quae nunc tradit, iam ante moribus expressisse; eum constantem fuisse in charitate, in *Φιλαληθεία*, in humilitate christiana, in lenitate et comitate vixisse eum, ut homo potest, satis extra culpam. Aetas certe spatiosior eo requiritur, ut manifestissime appareat, quali quis animo sit. Varias etiam occasiones et aduersitates eo requiruntur, ut vera animi indoles spectetur. Habet enim virtus simile quiddam odoramentis qui-

* Videtur ad *ἰκανότητα* magistri sacri etiam hoc momentum *diuturnioris exempli* actionum laudabilium referri 1 Tim. III. 2. 7. ubi desideratur, ut ephorus doctrinae et morum sit *ἀνεπίληπτος* seu Tit. I. 7. *ἀνεγκλητος* culpae insignis immunis, irreprehensibilis. *μαρτυρίαν καλὴν ἔχων* testimonium bonum habens. Id vero non tam ex angusto fugacis iuuentutis vere, quam ex aliquot annorum aetatis prudentioris intercapidine colligi solet. Regulae autem Paullinae ab exemplo CHRISTI desumptae sunt. Confer IVSTI HENR. OLDEKOPII disert. *de episcoporum virtutibus et vitiis*, Swobaci 1672.

quibusdam, pretiosis, quae fragrantissima sunt aut incensa aut tusa. Istaе vero tentationes, pro benefica DEI sapientia, non vno eodemque vel breui temporis spatio, in nos corruunt. Quare homines, modo pubertatem ingressi, et imperiti in docendo tantum a laude vitae ante actae non habent praesidium, quantum seniores, quorum longiori temporis tractu explorata virtus est. Facile largior, hominem duo annorum decades natum honesta voluntatis copia interdum multos eorum superare, qui ipsum aetate praecurrunt. Dabit autem et mihi, qui rem bene putat, *δόξαν βιάζεσθαι praеiudicia magnam violentiam exercere*, facilesque auditores obtemperare ei, qui iam dudum se ostendit assuetum sanctimoniae, et auersum a vitiis, ** quae doctorem dedecent. In iuuentute igitur, quae exiguae esse solet auctoritatis, et vituperationibus magis obnoxia est, a munere grauissimo sacro CHRISTVS abstinuit. Aggressus illud demum est, *conuersatione* *** cum ciuibus longiori praegressa, eaque probata.

§. 27.

** Memorat crassiora Paulus, habita *temperamentorum* seu diuersae corporis constitutionis ratione. Tit. I, 7. Licet lateant in conditione corporis horum illorumue hominum maiores propensiones ad honorem, decet tamen episcopum sic disti temperamenti *cholericis*, esse *μη αυταδη*, non pertinaciter fibimet ipsi placentem, seu praefractum, et in resistendo peruicacem, *μη οργιλου* nullo habitu ad iram et vindictam ferri, non praecipitem ad iniurias sentiendas. Licet homo *sanguineus* sit, decet tamen, oeconomum Dei esse *μη οργιλον*, non ebriosum, vino vel alii potui calefacienti deditum, *μη πληκτιην* non percussorem ad verbera danda promptum. Licet sanguinis miscela ita se habeat, vt is *melancholicus* sit, oportet tamen eum esse *μη αισχροκερδη* non fordidum quaestum auare sectantem.

*** Sic haud temere IGNATIVS primus scriptor Saeculi II certus, *in epistola ad TRALLIANOS*, *πολιτευσάμενος*, inquit, *τρεις δεκαδας ετων*.

§. 27.

RATIO ALTERA:

Propter IOHANNIS Baptistae PRAECONIVM, NON
PRIVS factum.

Iunior non attigit CHRISTVS, lampas clarissima Mundi, partes doctoris publici, *quia Iohannes, sex menses* natiuitatem IESV anteuertens Luc. I, 36, praecipua illa CHRISTI tuba, index praenuntius agni, *multo maturius non exorsus est officium suum.* Vt autem feliciore ac velociori CHRISTVS id se cum successu munus Propheticum perageret, consultum fuit, vt initium concionum Christi, ab initio praeparatoriarum concionum praecursoris sui non admodum abesset, sed illae has statim exciperent, antequam deferuisceret ardor, a zelo huius alterius ELIAE excitatus. Quippe qui obiurgauit *partim* doctrinam Iudaeorum corruptam Luc. III et Matth. III, sicut primus Elias taxabat Baalitas 1 Reg. XVIII, 2. *partim* mores istius temporis hominum, ipsiusque Herodis Marc. VI, 18. castigauit, sicut prior Elias reprehenderat *πλεονεξίαν* Achabi 1 Reg. XXI. *partim* vero discordem populum ad vnicum MESSIAM ablegauit, flumini immersum eius regno initiauit, atque sic, quantum potuit, conciliauit Malach. III, 6. Si *strator* Regis maximi erat Iohannes, hoc autem ipse sibi nomen vindicat Ioh. I, 23; vicinus sane esse debebat aduentus Domini, iam remotis impedimentis, viisque resectis et stratis; ante quam rursus spinis, salebris et inquinamentis, iniuae fierent.

§. 28.

Cur vero IOHANNES non prius quam trigesimo aetatis

F 3

tis

tis suae *anno* prodiit in publicum, ad poenitentiam diuinis verbis imperandam? quaeris.*

Interea contentus sum hac opinione: ELIAM aetatem habuisse *virilem*, quum vaticiniis aliisque diuinae virtutis indicium suo aeuo inclaresceret, hunc autem Thisbitem referendum fuisse a IOHANNE Baptista, quemadmodum vestitu luctuoso, hirta toga, Matth. III, 4. coll. 1 Reg. XVIII, 19. 2 Reg. I, 8. dicendi libertate Matth. III, 7. 9. XIII, 5. coll. 1 Reg. XVIII, 18. 2 Reg. I, 16. victu parabili, tenuissimo et vitae austeritate Matth. III, 4. Marc. I, 6. fortunae aduersitate, zelo et insignibus muneris profectibus Luc. I, 17; sic etiam *aetatis* habitu.

§. 29.

Si quis insliterit quaerere, cur IOHANNEM Eliae *annis similem* facere DEVS decreuerit? existimatu pronum est, *partim* ideo hoc factum esse, vt nouo caractere ita quidem antitypus Eliae patesceret, cognoscique eo magis posset, non nisi

* Difficilis profecto est, acu rem tangens, responsio. Quis enim arcana institutorum diuinorum consilia expiscari possit, vbi ipse *πρωσοφος* ea reticuit? Horologium supremi rerum arbitri insonare quidem audimus, sed rotas quasuis, motusque causas interiores conspiciere, nobis non datum est Iob. XI, 7. 8. Nullum sane dubium est, DEVM, qui omnia temporis puncta, instituendae nouae oeconomiae impendenda, accuratissime dimensus est, accommodatissimo tempore initium praeconii Iohannei procurasse, non minus, quam finem eius, ne ipsius CHRISTI applausui obesser, per incarcerationem Ioannis optimo tempore, constituit. Sed quis, quaesio, veras rationes reddiderit, cur his regionibus, his populis, his gentibus, his hominibus singulis haec fata, haec laeta hoc ipso, non antem alio, tempore contingunt? Quid mirum, si ignoramus quare Vir *triginta* annorum, auroram solis iustitiae praenuntiam egerit? Ecce heic sapientiam Patris mirificam! vt multa alteri Saeculo referuet, quod perenni ac longe strauissimo lumine densas, humanis mentibus circumfusas, nebulas dissipabit.

nisi in IOHANNE promissum illum Malach. III, 5. *alterum Eliam* exhiberi Marc. VIII, 12. Matth. XVII, 10. 12. Partim ideo non ante virilem aetatem ad doctoris publici partes administrandas vocatum esse IOHANNEM, ne doctrina eius calumniam pateretur, sed, maxime per se ipsam venerabilis, ab annis docentis etiam aliquid dignitatis lucraretur. Neque enim Deus, quidquam desiderari passus est in rerum externarum dispositione, quod conferre aliquid ad fauorem congruum rebus principibus conciliandum poterat. In puerili et sequenti minus iusta aetate Iohanni haud imposita est persona praeconis, ob eandem causam, quas supra commemoravi haud magnam iuuentuti existimationem relinquere. Occidua senectus autem ideo non conueniebat, quia in testimonium, quod regnum CHRISTI non esset politicum, Iohannes in optimo mediae aetatis flore martyrium erat perpessus. *

§. 30.

RATIO TERTIA:

Quoniam CHRISTVS sub HONESTISSIMA IMAGINE omni posteritati EXHIBENDVS erat.

Inter omnes constat, per leges, humanae menti ab infinito Spiritu, Domino nostro, (qui solus sine sensatione et Symbolis

* Qui opinabantur Matth. XI, 7. Iohannem non satis solide de Messiae persona edoctum fuisse, ideoque nunc in afflictione sententiam mutare (quem suborientem in animis errorem IESVS, auribus non inveniens, post discessum legatorum Iohannis, graui refutatione exstinguit v. 7-9.) ii forte, si Iohannes *iuuenis* fuisset, plus habuissent occasionis credendi, eam, arundinis instar, leuitate aliqua modo huc, modo illuc, impelli. Iam vero *uir* grauissimus longam ceperat experientiam, antequam diuulgandis sanctissimis veritatibus sese applicaret.

bolis cogitat) praescriptas, necesse esse, vt numquam sine ima-
 ginibus et signis cogitemus. Fit inde, vt non nisi sub imagine
 quadam hominis Mediatorem nostrum, humano corpore ve-
 situm, cogitemus. Placuit igitur sapientissimae benignitati
 diuinae, **CONSERVATOREM** nostrum, omnis solidi gaudii
 auctorem, summa pietate venerandum, nobis in optima, di-
 gnissima, solatiisque plenissima forma proponere cogitandum.
 Conditio redemptoris, qui infans, puer, vel adolescens est, vti-
 que etiam exoptatissima, nobisque, naturali malo inquinatis,
 gratissima, magnisque iubilis, ceu Esaias fecit Ies. VIII, 6. ex-
 cipienda. Sed non visum est prudentissimo Patri, vt vltimi
 seu *ministeriales* carissimi Seruatoris nostri anni essent *pueriles*
 et *iuueniles*. Nemo sibi sumet, vt perferatari se posse, dicat,
 huius instituti diuini causas. *Mysteriosa* et *Iudicialia* plurima
 sunt in opere redemptoris, demissima mente arripiendae. Si
 tamen proferre licet, quod pia meditatio de arbitrio **DEI**, non
 modo voluntatis verum etiam bonitatis sapientiaeque plenissi-
 mo, suggestit; autumo, inter rationes, cur **IESVS NON**
IUNIOR priuatam vitam liquerit? cur neque infans, neque
 puer, neque adolescens isti muneri admotus sit, quod docen-
 do et patiendo absoluebatur, numerandum etiam hunc sce-
 pum esse, quod imago mere *iuuenilis doctoris* decora quidem
 sed forte non maxime decora, nec omnibus cuiuscumque aeta-
 tis hominibus omnium conuenientissima, foret, seu *non tam fe-*
cunda venustatibus, ad fiduciam et amorem inuitantibus, fuisse.
 Planius edicam. Certum est, Iesum in triennio potissimum vl-
 timo, ab euangelistis descripto, quo docuit, et salutem no-
 stram perfecit, a nobis spectandum esse. Atqui si *iuuio*
CHRISTVS venisset in eum statum, in quem maxime
 fides nostra oculos suos conuertere debet; is esset, 1) in
 quem

quem minus apprime caderent *comparationes* * pulcherrimae
 quaedam, mentem nostram praecipue afficientes, cognitione
 ac

* Ne exemplum desit, confertur reuerendus SERVATOR noster, fidus ani-
 marum custos, GALLINAE *seniori*, vocem et morem mutanti, prae amore
 irascenti, si pulli cunctantur velle felices esse, glocitando eos congregant;
 sub alas, materno calore fouenti, ac defendenti fideliter Marth. XXIII, 37.
 Comparatur MARITO Eph. V, 25. 26. 27. ἡγάπησεν τὴν ἐκκλησίαν.
 Cant. II, 8. V, 9. 15. VII, 10. 11. o stupendum amoris tenerrimi signum!
 Placet Rectori coeli et terrae magnificentissimo omnis vitae nobiscum con-
 sortium, omnis iuris communicatio! Vocatur SPONSVS *ecclesiae* Psalmo
 XXXV, cantico amorum, (conf. LAMPPIVS in *Exercit. VIII ad Ps. 45. p.*
 342. *Bremae 1715.*) Sicut *Schechina* habebatur pro *sponsa synogogae*, (ME-
 NACHEM in *Pentat. fol. 15. col. 1*); Hof. II, 19. Ies. LIII, 1. Marth. VIII,
 15. Ioh. III, 29. 2 Cor. XI, 2. Appellaturj passim מלך vnctus rex, prin-
 cept, caput, antistes, PASTOR *ecclesiae*, PATER Ec. VIII, 6. itemque
 DVCTOR copiarum bellicarum ἀρχηγός Hebr. XII, 2. ΙΥΔΕΧ
 μέλλει κρῖνειν τὴν οἰκουμένην non per iuuenem vel puerum, sed ἐν
 ἀνδρῶν ᾧ ὥρισε. Decentius igitur iudicauit Deus, vt sub idea veri homi-
 nis *virilis aetatis* expectaretur Christus a mentibus fidelium. Eo enim refer
 Act. I, 11. οὗτος ὁ Ἰησοῦς - - - οὕτως ἐλεύσεται, ὃν τρόπον
 ἐθεάσασθε αὐτὸν πορευόμενον εἰς τὸν οὐρανόν, sic IESVS sic *ueniet*,
 eo modo (etiam eadem in *virili statura*.) quo *spectastis eum* sua vi *proficis-*
centem in Coelum. Nominatur PATRONVS CAUSSARVM I Ioh. II, 1.
 TESTIS fidelis Apoc. III, 5. Iob. XVI, 19. ARCHITECTVS. MEDICVM
 non *per mortes* experimenta agentem, sed vitas, se ipse Iesvs vocat Exod.
 XV, 26. Alias eiusmodi iucundas denominationes laudabili cura collegit
 IONAS IACOB GAESNER *ecclesiastes Tigurinus in doxologia Iesu Chri-*
sti 1703. 8.

Hae autem enuatiationes *aetatem* aliquam simul inuoluunt *ideae prima-*
riae. Certe maior ornatus, nitidior dignitas, et auctoritatis decor constat
 his translationibus, si grauitatem quandam et longiorem vitae et exercita-
 tionis vsuram in illis personis simul cogitamus. Ne igitur ab his senilibus
 imaginibus, fortius mouentibus, dissentiret facies IESV, non iunior in
 lucem protractus est.

G

Oppo-

ac spe imbuentes. 2) Is esset, cuius peffiones quaedam et actiones summe admirandae, fortasse in oculis multorum, nondum satis edoctorum, aliquid dignationis amississent, seu *non tantam* spirarent potentissimi et tenerrimi amoris IESV in nos *ideam*. Fletus Iesu largus, suspiriis sonisque anxiis *fractus*, (*ελαυσε*) dicatus populi Iudaici metropoli, Luc. XVIII, 41. toleratio colaphorum, innocentissimo viro inflictorum Ioh. XVIII, 22. XVIII, 3. Iuramenta et alia documento esse poterunt.

MEMBRUM II.

Cur IESVS non SENIOR MVNVS DOCTORIS
PVBLICI ADIERIT?

§. 31.

NON IN SENECTVTE demum Iesus admissus est ad provinciam magni prophetae administrandam, quia hoc gravissimum munus cum tot itineribus, colloquiis, consuetudinibus officiosae molestiis, coniunctum, robor corporis aequae ac animi viuae, suavissimamque item personam requisivit; frigida autem senectus minus ponderis * habet. Idque 1) ob infirmitatem

Opponit quidem IRENAEVS lib. II. adu. *Haereses* cap. 20. CLEMENTI Alexandrino, qui lib. I. *Stromatum* perperam tradiderat, Christum vno solo anno praedicasse, hanc traditionem, quam affirmat seniores a Iohanne apostolo et ab aliis etiam apostolis accepisse: *Christum scilicet non multum abfuisse a quinquagesimo aetatis anno, quum finem docendi fecisset, atque crucifigeretur.* Sed hanc fabulam haud moror, quia communi ecclesiae sententia reprobata, et euangelio Iohannis, Actisque apostolorum palam aduersa est. Nitor *capitis primi* quaestione altera, supra discussa.

* Obiicis: Magna solet esse capitis reuerentia *cani*, inque suo pretio *ruge senilis* in CHRISTO fuisset. Concedo fere, Vero euadit simile ex Iohann.

mitatem corporis languescens 2) ob imbecillitatem mentis,
et exhaustas ingenii vires; unde nasci potuisset suspicio deli-
bera-

han. VIII, 57. diuinam prouidentiam CHRISTO notas experientiae et prudentiae in vultu eius prospexisse, seu eum, licet annum ageret nonnisi trigessimum secundum vel tertium, *senile* quidpiam tamen, et eximiam grauitatem in facie sua prae se tulisse. Dicunt enim altercatores: *πεντηκοντα ἔτη ὄψα ἔχεις καὶ ἄβραμ ἑσπρας;* Absurdum non est existimare, contentionis raptu eos sic amplificasse annorum numerum, vel per adagium sic dici: nondum semisæcularis es, allusione ad superannuationem Num. 4, 3, 23. facta. Sed facilius est arbitrato, illos phrasin suam speciei eius, cum quo disceptabant, accommodasse, et ex adpectu Domini, se vera iudicasse, eius aetatem versari circa annum 40 et 50. Si enim pro tricenario eum reputassent, libentius dixissent hi Vatinius, propter magis stringentem et mordentem euidenciam: *vix tricinalis es.* Omnino igitur non tam senectutis, quam prouectioris aetatis insigne aliquid in facie doctoris doctorum resedisse, reor. Num curae, persecutiones, labores et angores hoc ei contraxerint, locus non est dispiciendi.

De forma CHRISTI *sigillatim* constat nihil. Ne enim superstitiose eorum vultus, tamquam optimi, colerentur, qui propius ad speciem Christi accederent: sacrae pandectae, nihil de faciei Christi vel staturae habitu prodiderunt. Quae autem circumferuntur aut coloribus aut acu pictae, aut manu sculptae, imagines Christi (conf. IOH. REISKII Exercit. histor. de *imaginibus Christi* Ien. 1685.) unde, quaeso, fidem merentur? Ecquae est auctoritas *Nicophori Callisti* Eccles. Hist. Lib. I, c. 40. p. m. 85. audacissime, quasi re fatis explorata, blandam Christi figuram delineantis? Tacente igitur scriptura sacra, facile patet, quam caute standum sit in sententiarum diuortii. In PVLCHRITVDINE Corporis Christi depraedicanda multi sunt *Hieronymus* et *Chrysofomus* e patribus, *Mendoza* etiam et *Suarez*, *Vechnius*, in dissertatione contra *Vauassorem*, *Cyprianus* in notis selectis. In opinionem de DEFORMITATE Christi discesserunt *Clemens* Alexandrinus, *Origenes*, *Tertullianus*; nec minus *Nic. Rigaltius* in notis ad *Tertullianum Franciscum Vauasser* in libro de forma Christi, quem *Iob. Arndius* an. 1666. notis illustravit; *Vechnerus* libello de *austeritate Christi*, *Salmasius* et *Iac.*

berationis, apud eos saltem, quos inuidia fecit nugaculos, 3) ob fugientem in decrepita senectute ** vultus decorem, si non molestum oculis, tamen minus gratum his illis. Multum autem ad commendationem facit elegantis corporis dignitas. *Placente persona, cetera cuncta placent.* Facilius fautores externi corporis habitus transferuntur ad animi foetus, dicta. Si vero sacerdotes V. T. sine vitio esse debebant, si grandiores natu vacationem a muniis impetrabant: si tremor a proeucta aetate oriundus a Iudaeis inter illa CXLII. corporalia vitia refertur, quae arcent ab altari et sacerdotio: *** Christus, sacerdos eminentissimus, sponsus laeti floris Ebr. I, 9. tempore senectutis, quae ipsa morbus est, propheticum munus non ob-eundum peritavit. Confer Membrum III.

MEM.

Sirmondus, Petrus Zorn (Theoph. Amelius) in Erörterung dunkler Stellen N. T. Tom I. p. 126. suspicatus I. C. Loescher in observationum selestarum fasciculo II. Obf. 4. pag. 40. quod Seruator tanquam filius Davidis huius formam facie repraesentavit; quae certe non quidem incomparabilis, venusta tamen et elegans fuit.

** Minime accuso senium quoduis; quod ipse DEVS et peculiari lege praemuniuit Lev. XVIII, 32. et honoravit, vt, se ipsum senem Dan. VIII, 7. 13. numquam puerum vel iuuenem appellari, siuerit. Tam necessarij sunt senes venerabiles, in rugas laxati, vt, nisi intermixti essent ipsi iuniorum agmini, mundum videremus comicum. Loquor de senectute confecta, ita morbida et ad lassitudinem deuexa, vt etiam deformitate sua miseriam humanam, quasi in tabula depictam, exhibeat.

*** Vide ven. IOHAN. GOTTLOB. CARPZOVII *Annotat. ad Goodwini Membrum et Aaron pag. 91.*

MEMBRVM III.

disquirens,

Cur CHRISTVS TERTIO demum vitae suae DECENNIO
exeunte DOCTOREM publicum AGERE
COEPERIT?

§. 32.

Quemadmodum filius DEI ἐν πληρώματι χρόνου * natus est:
sic dubio vacat, non coeco casu, sed sapienter determi-
nato

* Gal. III, 4. ὅτε ἦλθε τὸ πλήρωμα χρόνου, ἐξαπέσειλεν ὁ Θεὸς
υἱὸν αὐτοῦ. *Quum veniret illa plenitudo temporis praestituti (ubi
enim completio, ibi praedestinatio) misit non solum DEVS, sed etiam
emissi dudum existentem et sibi proximum Ioh. I, 1. filium suum, non
γενώμενον naturali lege in coniugio, sed γενόμενον factum miraculose, non
δια sed ἐκ ex substantia sanguinea Mariae Hebr. II, 14. mulieris illius Gen. III.
memoratae.*

Nec emphasi carent verba Lucae II, 1. ἐγένετο ἐν ταῖς ἡμέραις
ἐκείναις. Haec formula notabilibus rebus praemitti solet, atque heic
suppeditat pendendum, DEVM suo quoduis tempore pulcherrime in-
stituire. Iohel. III, 11. seu

A) *Maturus non* contingere debuisset natiuitatem MEDIATORIS

a) quia seruae posteritati forte an futura fuisset *exoleta* et enervis. Primae-
uis quidem temporibus consultum fuisset, si primis saeculis, ex vero et
opinionem tam *Heuae* Gen. III, 1. quam *Lamechi* Gen. V, 29, natus esset
redemptor. Sed sequentia remotiora tempora non tam viuidam aluissent rei
memoriam. Qui scabiem nostri nouit saeculi, non dubitabit, quosdam vel
pro fabella vendituros fuisse complementum promissionis, si illud eue-
nisset in cana illa antiquitate, hominibus nondum affluentissima.

b) quia *non tam sanis* futura fuisset; Siquidem vis peccati detestabilis,
miseria huius vitae, ἀδυναμία propria, in restauranda cum DEO con-
iunctione

nato tempore id munus eum suscepisse, cuius causa missus erat.

iunctioe ex tot speciminibus nondum perspecta, nec tam acris sitis excitata erat. Gal. III, 1. seq.

c) quia *non tam certa* fuisset. Promissionibus, typis et multis descriptionibus longiori temporum tractu designandus erat Messias adeo, vt distinguere plane posset, nec erraretur *circa eius personam*.

B) Non *serius* eum nasci debuisse; ob veracitatem et misericordiam Dei seu a) vehementissima priorum ad quos pertinebat Simeon, exauditus Luc. II, 26. suspiria, prouocationes ad promissionem, querelas de empaeētis.

b) ob summam necessitatem Reformatoris, in corruptissima humani generis conditione. Sal terrae, populus Iudaicus, tunc fatuarum erat turpissime. Sicut doctrina, etiam ista capitalis de MESSIA, a qua ceterae suspenduntur, adultera fuit, sic vita profligatissima, in rerum externarum studium laxata. Campus gentilium, lolio plane obductus, vltra 50. Deorum millia tunc tulit. Sit misera iam rerum facies, tunc sane multo inferior, et lucis mundi magis indigens.

C) Isto praecise tempore venire debuisse Redemptorem:

a) quia *vnus* summam potestatem Monarchiae Romanae, qua nulla maior, ad se redegerat, faciliusque, ob commercii vincula, in reliquis prouinciis comperirentur ea, quae in Palaestina gerebantur diuinitus IESV CHRISTI causa res sensim eo deuenit, vt Augustus iam esset Dominus in Italia, in oris Africae, in Mari mediterraneo, Hispania, Graecia, Gallia, Anglia, Germaniae maxima parte, in Illyrico, Pannonia, Asia minori, vsque a regnum Parthicum, Aegyptio et Palaestina.

b) quia multa pax tunc effloruit; nec cura extinguendarum belli flammaram, curam percipiendi euangelii interpellabat

c) quia tunc indictus erat census; quo Augustus, quamquam inscius, famulus CHRISTI fuit, et ansam dedit ecclesiae, considerandi 1) Sceptrum a Iuda recessisse Gen. 49, 10. 2) Iesum omnino e tribu Iudae oriundum esse. Luc. 2, 4. 3) Quo vocauit Mariam Bethlehemi inferuitque, vt criterium Messianum, Michae V, 2. praedictum etiam in IESVM deriuaretur.

erat. Obscurior autem, et altioris ** indaginis res est, vbi exponendum venit singulare istud DEI consilium, quo commotus, Expiatorem iussit, non nisi finita *tertia* vitae annorum *decade*, officium propheticum inchoare. Decet tamen ratione praeditos, vt ea vestigia modeste legant, quae in his tenebris, adhibita sacrarum litterarum laterna, detegi possunt. Offendemus vbiq;ue incitamenta ad venerandam summi Numinis sapientiam iuxta ac bonitatem; etiam ibi, vnde eminus videbantur nulla prominere.

§. 33.

RATIO I.

Aetas tricennalis et habetur pro LEGITIMA, et muniis doctoris publici fuit ACCOMMODATISSIMA.

Haud spernendum argumentum est, Dominum ideo anno aetatis tricesimo demum auspiciatum esse telam laborum doctoralium, quia hic aetatis gradus habet *publicam peritiae opinionem* et omnino PERFECTVS est, maximeque ad sustinendam doctoris personam idoneus. Sui igitur temporis, quo praesentia sua beabat terrarum orbem, rationem habuit CHRISTVS, vt nihil in se esset, quod cum specie aliqua criminari possent auditores. Quamquam DEVS minus curat aetatem, voluit tamen, quia multa temporibus distinguuntur, euitare ea, quae periculum doctrinae vel damnum struere, praeuidebat, posse. *

§. 34.

** Accommodemus huc verba Paulina Rom. XI, 33. ὁ βάθος πλούτου τῆς σοφίας καὶ γνώσεως ἀνεξίχνιαστοι αἱ ὁδοὶ αὐτοῦ I Tim. VI, 6. Perfectissima tibi, o sapientissime! sunt rationum pondera, cur sic, nec secus, instituas. Sed lux, in qua profus habitas, nobis est inaccessa et Iesaiana C. XXXV, 15.

* THEOPHYLACTVS in Luc. III. αὐτὴ ἡ ἡλικία ἐστὶ τελειοτάτη
hacc

§. 34.

Minus premitur haec perfecta viri aetas iis, quibus imperita iuuentus, suspicionibus. Solidiorem creditur secum afferre prudentiam *, ex longiori rerum et hominum vsu collectam. Consilia, existimatur, suppeditare non tam calida; continentia praestare et prouidentia. Sed CHRISTO, doctori publico, conuenit haec aetas, quia maiori tam iudicii, quam corporis robore praedita est. Quia in ea imagines menti, et verba ori facilius illabebantur. Quia feruebat digno zelo, nec parrhesia, vti languidorum senum oratio congelians, destituebatur. Quia vultui CHRISTI, nobilissimae mentis simulacro, sua constitit dulcis excellentia. Quia fama probae
et

haec aetas (30 annorum) perfectissima est. GREGORIUS NAZIANZENSIS oratione XXXX. *ὡς τελείαν βίβανον ἀρετῆς, καὶ τοῦ διδάσκειν καμρὸν ταύτης ἐχούσης τῆς ἡλικίας quia haec aetas perfectum virtutis argumentum, docendique maturitatem habet.* Apud ACHAEOS, et alias gentes tricesimus annus legitimus fuit ad gerendos magistratus. Haec aetas in legibus WISIGOTHORVM lib. X tit. 2. vocatur *perfecta aetas*. A THEOPHILO I. *insist. tit. de libert. §. 4.* appellatur *legitima*. *ἔννομος*, inquit, *ἡλικία ἢ ὑπὲρ τῶν λ' ἐνιαυτῶν Legitima aetas est, quae trigesimum excedit*, quia nempe eam aetatem in manumisso olim desideraret lex Aelia Sentia, qua cautum refert VLPIANVS in *fragm. tit. 1.* vt minorem XXX annorum seruum manumittere non liceret. Etiam apud Iudaeos tam honorificam de hac aetate sententiam obtinuisse, scimus; patet etiam idem ex loco IRENAEI, infra adducendo.

- * Haec in primis in Doctoratu Christi emicat. Accommodauit se hominibus, quibus cum res erat. Aliter Narthanaelem, aliter Nicodemum, aliter Pharisaeos et Seducaeos, aliter pauidos, aliter securos, aliter rudem populum, aliter perpetuos comites suos, futuros terrarum orbis magistratos, tractauit. Modo lac simplicissimorum monitorum, modo nuces parabolarum, modo sublimiorum argumentorum solidiorem cibum proposuit.

et humanissimae ** vitae, non vno anno, vt saepe fit, simulatae, sed triginta annis sat probatae, eum docentem iuuit. Quia hac vegeta aetate elicit pluribus sui copiam facere, etiam in conuicta facere, quae decebant, et emendationem conuiuorum quaerere Matth. XI, 19. Silicernium vero ad societatem hominum minus aptum fuisset.

§. 35.

RATIO II.

Vt IESVS tum PRAEDICATIONI tum TYPIS *personalibus* aequè ac *realibus* responderet, et hoc consensu doceret, se illum esse, de quo scriptitatum est, Messiam.

Ista vero virilis aetatis existimatio et dexteritas non sola est ratio, cur CHRISTO placuit, meridiem aetatis attingere, antequam doctoris communis partes capesseret. Exstat Dan. VIII, 27. vaticinium, fore, vt Messias *roboraret multitudini foedus per hebdomadem vnã*, non ultra; sed tolleretur foedus, ea circumacta. Hoc sane significat, toti populo Iudaico vberime hunc angelum foederis praestitutum esse, quae ex foedere cum patribus praestanda erant. Quia vero ibidem praenuntiatur, in dimidio hebdomadis excisum iri CHRISTVM: satis signatur, hanc roborationem foederis a CHRISTO ipso peragendam esse non nisi per *dimidiam hebdomadem*, seu septem semestria. Quid vero fecit CHRISTVS
ultra

* Nec enim per illos 30. annos IESVS ita domi delituit, vt omni hominum consuetudini subtractus esset. Paucis multa complectitur phrasid Luc II, 52. *Ἰησοῦς προέβητο χάριτι παρ' ἀνθρώπων* *profecit gratia apud homines*. Haud ergo fugit consortium eorum, quorum naturam assumerat; sed quam plurima officio suae voluntatis specimina, data quavis occasione, exhibuit; *pedamatus*.

ultra triennium? Administravit ipse munus propheticum, quod usque ad vocationem Pauli per alteram hebdomadis partem continuatum apud Iudaeos est. Ad hoc ipsum igitur hac praedictione digitum intendi, reor †. Si quis hoc concesserit, si terminum a quo et apparitionem Messiae, quam Daniel innuit in verbis v. 3. ער משיח נגיד iusto loco posuerit, is facile conficiet, circa XXX annum demum Iesum se accingere debuisse ad munus propheticum; quia mors cruenta, quae cum isto coniunctissima esse debebat, incidere debuit in dimidium hebdomadis ultimae. Istam quidem quum operosiori calculo ducendo heic locus non sit, ablegatos velim lectores fauentes ad ἀκριβεστάτης Hebdomadam istarum Chronotactas et Exegetas.

§. 36.

Alia ratio, cur CHRISTVS virili demum aetate muneri publico se dedit, est ELEGANS, quam quaesivit, CVM TYPIS non modo *realibus*, e. c. *arbori vitae* * in medio horti Gen. II, 9. templo serubabelico ** verum etiam cum
per-

† Vid. D. E. TABLONSKI *Betrachtung von dem göttlichen Ursprung der heiligen Schrift* (Berlin 1741) pag. 47. §. 8.

* Eam habuisse typi indolem, liquet ex Apoc. II, 7. τῷ νικῶντι δώσω αὐτῷ φαγεῖν ἐκ τοῦ ξύλου τῆς ζωῆς ὃ ἐστὶν ἐν μέσῳ τῆς παραδείσου τοῦ Θεοῦ XXII, 2. sic stat IESVS in medio temporum horto, SALVS.

** Licet 45. anni vel 46. aedificando secundo templo infumti dicantur esse Ioh. II, 20. obseruarunt tamen accurati interpretes ad Hagg, II, 19. triginta tantum annos, si subtraxeris subtrahenda otia, praeterfluxisse, donec incertum templum vsibus publicis sacris inferuire posset. Quae IOHANNES SAEBERTVS de *tertio* peculiari templo nempe *Herodiano*, tamquam plane nouo

personalibus typis, CONVENIENTIA. Horum personalium
saltem *quatuor*, satis indubitatos, nominare liceat.

§. 37.

Primus ADAMVS, caput illud foederale, egit personam
publicam virili statura et robore, non absimilis homini tricen-
nali. Vocatur enim אָדָם et coniugio dignus Gen. II, 23. 24.
Licet igitur Iesus in virili perfectione, vt iste productus a po-
tentissimo Numine non sit: *voluit* tamen hic *alter* ADAMVS
i) *cum illo typo suo* * hac parte *concordare*, vt vitam obscuram
cum publica functione non ante acceptum habitum *virilem*,
feu non ante annum aetatis tricesimum, quo perfecta est ho-
minis ratio, commutaret. Simul atque vero hic diuinitus DE-
LEGATVS illi diuinitus DEPUTATO similis annis et pru-
dentia virili euaserat, non cessauit exsequi pro hominibus et in-
ter homines, quae mandata erant. In deserto, vt ille etiam
sub dio, in horto, tentatus est a diabolo. Ille superatus, Deo
non placuit; hic victor, υἱὸς ἐν ᾧ εὐδόκησε Deus pater.

§. 39.

Voluit CHRISTVS, frater noster, sed infinitis modis
ceteris praestans primogenitus, anno denum trigesimo mune-
ri

* nouo, profert in praefatione ad IACOBI IEHVDAE LEONIS libros de
libro Hierosolymitano Helmst. 1664. pl. h. ea mihi videntur *ἀσύστατα*. Sed
haec singulari examine digna sunt.

* Rom. V, 14. disertissime dicitur Ἀδάμ ἐστὶ τύπος τοῦ μέλλοντος, ADAM
est typus futuri Adami 1 Cor. XV, 45. πρώτος ἄνθρωπος Ἀδάμ com-
paratur cum ἐσχάτῳ Ἀδάμ.

ri sacro publico praefici, 2) vt responderet conditioni IOSEPHI, qui minime dubiam CHRISTI gessit imaginem. De hoc enim Spiritus Sanctus, (qui nullam micam temere huc illic seponit, quamuis videatur fortuito proiecta,) annotandum curavit, eum fuisse triginta annorum, quum muneri publico et toti Aegypto praeponeretur Gen. XXXX, 46. seq. ויוסף בן שלשים שנה בעמרו לפני פרעה מלך מצרים et IOSEPHVS erat filius TRIGINTA annorum, quum staret ante Pharaonem regem Aegypti. Neque vero in officio regio solum IESVS Dominus noster, cui aeterna sit gloria! a Iosepho, primum obscuro, deinde illustri, adumbratus est, verum etiam in *Prophético*. Docemur enim Davidis, diuini vatis testimonio Psalmo CV, 22, hunc Iosephum, qui eruditione et rerum gerendarum prudentia omnes Aegyptios, clarissimos litteris, superabat, ipsos Pharaonis proceres erudiuisse et senatoribus regni sapientiam instillasse.

§. 39.

Tricesimo aetatis anno IESVS, e septuagesima septima generatione inde ab Adamo oriundus, accessit ad munus propheticum, vt 3) septimo ab Adamo HENOCHO prophetae Iud. V, 14. similis esset, seu vt *simili aetate* doctrinam suam morte * obsignare et in caelos ascendere posset, qua iste sublimis

* Cognata quaestio est, quae a piis animis moueri solet, curnam IESVS, panacea malorum, non diutius in terra mansit conspicuus? *cur anno aetatis 34 subivallus est nobis?* Professus decenter obtusum humanum ingenium, non tam ad rimanda quam miranda Dei decreta comparatum, haec repono: Euenisse ita, 1) vt Henochum referret antitypus, modo iam in §. indicato, 2) vt in medio vitae cursu, et medio virium florentissimarum robore oppeteret,

limis in caelum actus est. Hebr. XI, 5, Quo enim modo se habet aetas Henochi, nempe anni 365, Gen. V, 23. ad aetatem suo aevo Patriarchis vsitatam, nempe 1000 annos: eo se refert aetas Christi nempe anni 33½ anni ad aetatem, Christi aevo hominibus vsitatam, nempe 70. vel 80 seu 90 annos. Si letus prius vel serius munere sacro initiatus esset, hoc est, si initium SEPTEM illorum *semestrium*, per quae doctorem publicum egit, prius vel serius cepisset: umbrae suae, HENOCHO, quidem qua modum ad caelum, sed non qua proportionem aetatis futurus fuisset adeo similis.

§. 40.

Exorsus est CHRISTVS munus sacrum publicum anno aetatis trigesimo 4) vt nomen *serui*, quo insignitur plurimis locis e. c. Ef. XXXXII, I. XXXXVIII, 3. 5. 6. 7. LII, 13. LIII, II. Zach. III, 8. impletet; seu vt iis, qui *ναρ' ἰεζοχην serui Dei* passim vocantur, LEVITIS et SACERDOTIBVS *similis esset*, quippe qui tempore theocratiae ad munus sacrum plenum

teret, atque adeo appareret tum *voluntariam* Ioh. X, 18. tum *acerbam et molestissimam* mortem pro hominibus, ex amore, (quae fortior in IESV quam mors fuit Cantic. VIII. 6.) subire Si Dominus in extrema et iam praecipitata senectute e vita migrasset, videri id posset minus insolens. Voluit igitur in eo aetatis articulo, quo nondum vitae fatieras apud alios existisse solet, mori. voluit in aetate, quae honoris in primis cupida est, maxime crucis ignominiae se exponere, ad summum erga nos amorem testificandum 3) Vt victimis responderet, quae non nimis tenerae, nec senescentes, sed in perfecto integrarum vicium flore immolandae erant; 4) vt, si communis hominum aetas 70. annos efficere solet Pf. LXXX, 10. mors IESV in medio humanae durationis tamquam *arbor vitae*, consisteret, atque vniuersum vitae pensum sanctificaret.

num non nisi anno TRIGESIMO * admitti solebant. De Leuitis, IESVM τέτονα, humilem ministrum adumbrantibus Marc.

* Num. VIII, commate 24. videtur quidem aetas XXV. annorum definiri ministerio sacro a Leuitis auspicando. Sed probe tenendum est, numerum XXV. annorum statutum esse pro primis initiis, (per quinquennium enim CANDIDATI erant discentes, trigessimus autem annus plénæ muneris functioni adeundæ destinatum fuisse. Sic RASCHI ad Num. VIII 24. commentatur: מבן עשרים חמש בא ללמוד הלכות עבודה ולומר חמש שנים ובן שלשים עובר מכאן לתלמוד שלא ראה סימן יפה במשנתו בחמש שנים שוב אינו רואה *Ab anno 25. veniebar, ut disceret partes ministerii, et QVINQUENNIO discendo consumebar, ab anno TRIGESIMO autem ministerio sacro fungebatur. Hinc de discipulis (natum adagium est) qui non vidit signum bonum (opratum successum, seu vt in Talmut exponitur ברכה סימן ברכה signum benedictionis) in discendo intra QVINQUENNIVM, ille amplius numquam est visurus.* Qui intra hos quinque annos praeparatorios non deprehenditur prudens et ad actiones sacras idoneus, is reicitur, re fatis desperata.

Poterant Leuitae anno XXV. quaedam quidem obire ministeria, sed non omnia, inquit ABEN ESRA. Poterant quidem inseruire tabernaculo, eique humeros supponere portando, sed non arcae. RASCHI iste ad Num. IIII. rationem subiecit, cur adsciti tricesimo, sed rude donati sint Leuitae post *quingagesimum* annum, vt iucunda vespera post aerumnosum diem gauderent. Dicit מנה מהם את הראויין לעבודת משא והם מכן שלשים ועד בן חמשים שנה והפחות משלשים לא נתמלא כחו מכאן אמרו בן שלשים כחו והיותר על בן חמשים כחו מכחיש מעתה *Numeri ex illis eos, qui apti sunt ad ministerium oneris. Atque hi sunt a nato TRIGINTA annos usque ad L. annos. Qui enim minor est XXX. annis, NONDVM PERFECTVS est robore suo. Hinc dicunt. Natus XXX. annos ROBUSTVS est; qui vero maior est L. annis, eius vires ab illo tempore DEFICIUNT.*

Postea quum numerus filiorum Leui accresceret et stabilem in tempore sedem arca, olim ambulatoria, fixerat, breuiori gyro legem annalem Leuitarum

Marc. V, 3. Phil. II, 7. 8. res plana est ex Num. III, 3. et 1 Chron. XXIII, 3. vbi in fonte ** legitur מִבֵּן שְׁלֹשִׁים שָׁנָה וּמַעְלָה ** a filio XXX annorum et supra, et usque ad filium L. annorum. De sacerdotibus non potest satis certo ex 2 Paral. XXXI, 17. probari, eos anno aetatis 20 initiatos esse; ordo *subiectorum* in phrasi, et accentus rem faciunt valde dubiam. Valet potius de iis consequentia analogica: Si
Le-

rum a Dauide contractum et *vigesimum* annum, tamquam *exordiale*, definitum esse, facile quibus largietur ex 1 Chron. XXIII, 27. Esr. III, 8. Ibi enim supputantur anni Leuitarum a 20 et supra. Loquor autem in §. de institutione ex ipsius DEI ore profecta, maxime obseruanda, et omine plena. Illa dauidica remissio conuenit cum more N. T. vbi 30. anni non semper tam rigide postulati sunt in personis sacris. Clemens Constitut. lib. II. cap. 1. *Quodsi*, inquit, *in parua paroecia grandior natu aliquis non reperitur, qui testimonio probatus et sapiens in episcopum constitui possit, inuenis vero ibi est, testimonium habens eorum, qui cum eo vixerunt, Episcopatus munere illum dignum esse, in mansuetudine et modesta senectutem prae se ferens, et probatus talium testimonio commendetur, IS CONSTITVATVR IN PACE.* Similem sententiam prodit ANTONIVS in *Melissi* Serm. I. de bonis episcopis. Vide et CAMP. VITRINGAM in *Synagoga Iud.* Lib. III. p. I. cap. I. p. 69.

** Conuenit Targum ONKELOSII וער ולעילא שנתן ווער בר המשיך שנתן a XXX annis et supra et usque ad Lannis. Nec discrepant Syriaca, Arabica, Samaritana, Vulgata, Versiones. Sola Alexandrina Graeca habet ἀπὸ ἑικοσὶ καὶ πέντε ἐτῶν καὶ ἑπτὰν ἕως πενήκοντος ἐτῶν, quam secuti sunt PHILO Alexandrinus in libro de eo, quod deterius potiori insidari solet, et THEODORETUS quaest. XIII in Numer. Sed temeratus est, et pro ἑικοσὶ πέντε legendum τριάκοντα, ceu praeter alios notauit CHRISTOPHORVS IVSTELLVS, in notis ad Cod. can. vniuers. Eccles. p. 78. HIERONYMVS item epist. ad Theophilum Alexandr. adu. errores. Ioh. Hieros. fatetur: *si solam Hebraicam sequitur veritatem, nouerit XXX. annorum fieri sacerdotem.*

Leuitae a DEO ad plenam functionem vocati non sunt ante annum trigefimum: credibile multo magis est, sacerdotes, quorum munus nobilius erat et sanctius, nec ante *** tricesimum annum, sacris vt operarentur, iussos esse.

§. 41.

*** De sacerdotibus, anno vitae XXX, admissis ad officium, annotanda puto, quae HIERONYMVS in proemio ad Ezechielem ex mente Hebraeorum ita tradit: *Nisi quis apud Hebraeos aetatem sacerdotibus ministeri, id est, TRIGESIMUM annum impleuerit, nec principia Geneseos nec Canticum Cantorum, nec huius voluminis exordium et finem legere permittitur.* IOHANNES LVNDIVS im Levitischen Hohenpriester und Priester (Schleswig 1695. in 8) dicit p. 437. de sacerdotibus: die meisten unter den Christen haben davor gehalten, daß sie wirklich ihren Dienst nicht angetreten, ehe sie volle 30 Jahr alt gewesen, wie dieser Meynung sind CASAVBON. exercit. contra Baron. num. 9. SPANHEIM dubior. euangel. part. II. dub. II. §. 6. et 7. ALTING de republ. Scholast. Hebr. p. 100. CALIXT. Concord. Euangel. lib. II. c. I. QVISTORP. ad Matth. III, 13. DRVS. ad loc. difficil. Num. c. 5. GERHARD. loco de eccles. §. 185. Adde etiam LIGHTFOOT in minister. templi Hieros. Cap. 6. Tom. II. Opp. fol. 691. qui, idem valere de sacerdotibus, iudicat, quod de Leuitis, ex diserta XXX. annorum mentione Num. IIII. 2. 23. 30. 35. 39. 43, verum est. Scio quidem, quosdam opinari, et Pontificem maximum, quidni et sacerdotes? accessisse ad munus sacrum, simul atque veniam aetatis retulissent, seu in suam turelam peruenissent. Hoc vero factum esse putant anno XIII. vel XVIII. prouocantes ad prouerbum: *filius legis post annum XIII. et unum diem, filius CHVPPAE seu rectoris nuptialis a. XVIII.* vide WILH. SVRENHSIVM in opere Mischnico P. III. p. 482. At vero cum coniugio apud Iudaeos non semper coniuncta est maiorennitas sic dicta. Festinant, si fieri potest, vel ante illam impetratam ad illud ducti hac opinione, quod prorsus necessario illud ineundum sit; utpote qui e connexionione mandati de non effundendo sanguine Gen. VIII, 6. cum mandato *crecite et multi estote v. 7.* eliciunt, *Iudaeum, qui prolem non quaerit, tantum peccare, quantum is, qui sanguinem effundit.* Vide IOH. BVXTORFII Lexicon Talmud. p. 1803. Quare coniugium non est argumentum maiorennitatis. Valde languidam etiam duco illam probationem, quam petunt ab ARISTOBYLO II, qui anno aetatis suae XVII. ab Hircano patre

§. 41.

Istam legitimam quum Liberator noster affequeretur aetatem, non solum os obturauit hostibus, (qui certe alioquin Matth. XXVI, 60. breui ante mortem ipsius, hoc crimini daturum ei fuissent, quod immatura aetate, quam non decet, dare senioribus praecepta, et inuadere inueteratos mores, coepisset docere) verum etiam ostendit, se eum esse, in quo omnes typi, promissione praegnant, *Amen* sunt 2 Cor. I, 20. Quamuis enim nec Leuitam, nec Sacerdotem gregarium in templo egerit, voluit tamen his ecclesiae custos vice totius Israelis seruum seruorum Matth. XX, 28. Luc. XXII, 27. Ioh. XIII, 4. 5. et verissimum sacerdotem, qui seipsum immolaret, iusta et consuetata aetate agere, vt *omnem iustitiam impleret* Matth. III, 15. quippe *non venerat, vt solueret*, seu ipse transiliret stantem legem Mosaicam, *sed vt, implendo*, eam, meritorum thesaurum nobis pararet. Matth. V, 17. Auctus ita quidem IESVS est criterio MESSIAM notante. *

§. 42.

patre summum sacerdotium haereditatis iure accepit. Nam distinguenda priora tempora ab vltimis corruptissimis. Tempore *Hasmonaeorum* fursum deorsum ruebant optima instituta, naeuisque adulteratus obruebatur quasi cultus Leuiticus. Sed si de *typicis* adumbrationibus signatum, vti h. I. de *typicâ aetate*, quaeritur, non deprauata sed meliora et antiquiora tempora in oculis esse debent. subscribo ven. I. G. CARPZOVIO in *apparatu antiquitatum sacri codicis et gentis Hebraeae* ad Goodwini M. et A. (1748. Lips) pag. 90. sic existimanti: *Quae ex Hebraeorum gente, sententia et monumentis subtilius commentatur SELDENUS de successu in pontific. Lib. II. cap. III. init. ab anno aetatis XIII. statim integrum fuisse, licet ab illa aetate usque ad annum XX. hoc privilegio gauderent, vt abesse et adesse possent pro lubitu, nec obligatione ad vices cum ceteris praestandas tenerentur, ea recentiora censemus, quam vt stante templo obtinuisse credamus.*

* Recordemur, dum IESVM videmus non nisi eo tempore doctorem, quod minz-

Confecrauit se Immanuel laboribus propheticis inde a trigesimo aetatis suae anno 3) propter DECORVM, in ciuitate sacra non negligendum, nec vnquam a DEO prudentissimo, ac res serias agente, neglectum. Consentiant omnes, *decori*, seu directionis actionum, legibus non determinatarum, secundum consuetudinem aequalium, *scopum esse*, VT PLACEAMVS. * Ratio autem, cur aliquid placeat est conuenientia variorum in obiecto cum fine. Vult DEVS, vt instituta sua hominibus placeant. Attemperat igitur ea, quantum sanctitas sua permittit, homuncionum captui et statui. Quum vero velit, vt IESVS Mediator sub *σχέσεις reuerentia prosequendi* placeat, nihil, nec aetatem, omisit, ad eiusmodi beneuolentiam ipsi conciliandam. Si igitur consuetudo est, vt *legati* amplissimi mittantur in causis grauioribus, videtis in legatione grauissima *Legatum foederis* Malach. III, 1, aetate fatis decoratum et multum grauitatis prae se ferentem. Si *consiliarium* amas iudicio confirmatum, ecce decentissimam imaginem in IESV *consiliario* El. VIII, 6. relucens. Si gratiores sunt artus sani
et

ministerio sacro destinatum erat, verborum Pauli Hebr. V, 4. 5. 6. *καὶ οὐχ ἑαυτῶ τις λαμβάνει τὴν τιμὴν sacerdotῆ, et doctoris munus, ἀλλὰ ὁ καλούμενος ὑπὸ Θεοῦ, καθάπερ καὶ ὁ Λαζάρω.* (Archifacerdotes autem imprimis erant viri *Πρωτο* Zach. III, 8. Fürbilds-Männer praefigurantes umbrac Messiae.) *οὕτω καὶ ὁ χριστὸς οὐχ ἑαυτὸν ἐδόξασε γεννηθῆναι ἀρχιερέα, ἀλλ' ὁ λαλήσας πρὸς αὐτὸν κ. τ. λ.* Eph. V, 3.

* Conf. LUDOV. MARTIN. KAHLII dissertatio philol. de *decoro* (Halaë 1735.) §. 5. pag. 13.

et firmi: et sic Serui cum harmonia, IESVS, florens, in ministerio sacro occupatus, vocatur *brachium Domini* Ef. LIII, 1. Ioh. XII, 38. 42. X, 20. non lusitans, sed fortiter exprorectum ad nos felicitati restituendos. Decentius iam cogitatur CHRISTVS. Virilis speciei humanae est, et prudens summus sacerdos, in cuius manus tradimus preces nostras, a Spiritu Sancto in nobis productas, patri offerendas. Decentius et iucundius expectatur Christus, omni modo VITA Ioh. XIII, 6; quippe qui humanitatem in optimo vigore constitutum, quum sublimis in caelum abiret, secum in caelum sustulit; qui virili gravitate ad iudicium redibit; nobisque, veris allecētis suis, spem fecit, vt corpus nostrum transformetur et fiat *σώματος τῆς δόξης αὐτοῦ* Phil. III, 21. Ipse CHRISTVS, memor mandati Lev. XVIII, 30 *reueremini sanctuarium meum*, et prohibens Marc. XI, 16 *quo minus scindas per templum portaretur*, summa sua voluntate hoc decorum observauit, nec emergere voluit in coetu, S. S. Triadi dedicando, doctor publicus, antequam iusta aetas honestam vocationem ei exhiberet. Venit in nomine Domini Matth. XXI, 9.

§. 43.

RATIO IV.

Vt FACILIOR esset CHRISTI APPLICATIO VNIVERSALIS.

Si in iuuentute vel senectute agere coepisset IESVS personam publicam, haec vel illa aetas in primis sibi IESVM doctorem plus hac vel illa parte vindicasset. Iam vero, dum in *media* aetatis scala verbo et exemplo lucere coepit, et hoc negotium ultra tres annos adeo continuauit, vt eos annos, quo viri euadimus, supergrederetur: planius intelligunt homines, in quocumque aetatis gradu versentur, *ad se pariter pertinere Magistrum humani generis.* Hac ipsa apparitione Doctoris emi-



mentiffimi, non nisi in *medio* aetatum humanarum articulo facta, qua veluti dicit: *habitabo in medio vestrorum* Exod. XXV, 8. ego templum, sedes sapientiae Ioh. II, 10. Col. II, 9. omnibus peraeque pateo, ego arbor vitarum singulis affinis sum, hac, inquam *μεσότητι* declarat, vniuersis illuxisse gratiam salutarem. Tit. II, n. †

§. 44.

RATIO V.

Vt EXPIARET hoc exinanitionis momento *peccata quaedam*.

Potuisset amabilis *σοφία* maturius, paucis annis, immo paucissimis diebus, vi omnipotentiae ea corporis et animi conditione augeri, quae ad ministerium sacrum cum fructu obeundum requirebatur. Sed per triginta annos expectauit et tacuit. Admirandam rem! Quae eo tetendit, *partim* vt LVERET hac patientia, silentio * et humilitate, culpam eorum, qui per sal-

† Praetereo iam disquisitionem, num Romani etiam modo praetextatos cruci affigere soliti sint, atque num IESVS *multum iunior*, hoc supplicio potuisset affici? Mitto nomen *Nazareni*, quod Domino non nisi ex longiori commoratione in eo oppido, vbi conceptus erat, haesit. Noluit IESVS nasci et pati sub eodem caesare. Sub Tiberio, et quidem tunc, quum in prauum tyrannum degenerasset, et foedissima Iudaeorum esset conditio, prodire in vulgus doctor maluit. Sed haec etiam, cum aliis, in quibus fortean est aliquid rationis, iam non curo. Progredior potius ad usum *Moralem*. Quemadmodum ea, quae CHRISTVS fecit, duplicem usum habent, testante apostolo I Per. II, 21, vt cedant 1) in *expiationem* 2) in *regulam* nostram: sic haec duo iam in *obscuritate IESV tricennali* annotare liceat.

* Durum videtur postularum, quo oneravit PYTHAGORAS discipulos suos, vt per quinquennium seruarent silentium, quo discerent, antequam docerent, IESVS tantum plenus sapientia, vt nemo magis, non quinque annos, sed per sex lustra verecunde siluit. O quanta eius ab ELI HV Ioh. XXXII, 18.

saltem ad negotia administranda contendunt, ad quae inepti sunt, vel non vocantur; qui garrunt audacter de rebus, quas minus intelligunt, saltem nondum probe experti sunt; qui in tirocinio aliquid esse gestiunt, qui instar leonis rugiunt, si quis famae suae vel vnicam labeculam adspargere minatur, oves autem cautissimae sunt, si venerandum Dei nomen pessime conspurcatur; *partim* vt MERERET ** nobis iis vitae gradibus, quibus proficere mens potest, hoc est, per omnem vitam, vires ad crescendo; vt iis, qui mature natu diuino ad haec vel illa

et similibus *Tantalus* diuersitas! Turgent horum gymnasticorum venae spisso eruditionis sanguine. Opus igitur purant celeri sectione, ne praeceps subsequatur apoplexia.

** IRENAEVS L. II. *adu. Haeres. c. 39. edit. Grab. p. 160. seq. docet, omnibus aetatibus IESVM aliquid meruisse. TRIGINTA quidem annorum, inquit, existens quum veniret ad baptismum. Deinde MAGISTRI AETATEM PERFECTAM habens venit Hierusalem, ita vt ab omnibus iuste audiretur Magister. Non enim aliud videbatur, et aliud erat, sicut inquit, qui putatum introducunt; sed quod erat, hoc et videbatur. MAGISTER ergo existens MAGISTRI quoque habebat AETATEM, non reprobans nec supergrediens hominem, neque soluens suam legem, in se humani generis, sed OMNEM AETATEM SANCTIFICANS, PER illam, quae ad ipsam erat, SIMILITUDINEM. omnes enim venit per semet ipsum saluare; omnes, inquam, qui per eum renascuntur in DEVM, INFANTES et paruulos, et PVEROS et IUVENES et SENIORES. Ideo per omnem venit aetatem, et infans infans factus, sanctificans infantes. In paruulis paruulus, sanctificans hanc ipsam habentes aetatem. Simul et EXEMPLVM illis pietatis effectus et iustitiae et subiectionis. In iuuenibus iuuenis, exemplum iuuenibus fiens, et sanctificans Domino. Sic et senior in senioribus, vt sit perfectus magister in omnibus; non solum secundum expositionem veritatis, sed et secundum aetatem, sanctificans simul et seniores, exemplum ipsis quoque fiens. Deinde et usque ad mortem peruenit, vt sit primogenitus ex mortuis, ipse primatum tenens in omnibus, princeps vitae prior omnium et praecedens omnes.*

illa negotia curanda appellantur, auxilium diuinum efficeret paratum.

§. 45.

RATIO VI.

Vt **DOCERET** tum *credenda* quaedam tum *facienda*.

Dum Dominus dominorum per longum XXX annorum integrorum tractum obscurus mansit, et parentibus suis, vilis fortis hominibus, in laboribus tanto lumini vix congruentibus, assiduum operam praestitit, Marc. VI, 3. Luc. II, 51. certiores nos facere voluit hac extensione status exinanitionis 1) de intento et longe ardentissimo suo in nos **AMORE**; quippe non modo apparuit, non modo transiit per mundum, non modo tres annos et dimidium inter nos substitit, sed totos XXX annos praeterea ἐσκήνωσε, *tentorium suum inter nos fixum habuit* Ioh. I, 14. Demonstravit 2) **QUANTVM** sit **PECCATI MALVM**, quantopere sanctissima Dei natura illud abominetur; quippe forma serui a filio Dei per tam spatiosum temporis interuallum gerenda fuit, ad istud enecandum. O pertinax et profundum vlcus! o molestissimum expiatoris onus! Proposuit se 3) *di- gnissimum* **FIDV CIA** nostra; siquidem ideo tricennem experientiam sibi collegit, vt posset proprio et sensu suo metiri nostros in calamitate dolores. Hebr. II, 17. 18. Ὅθεν ὄφειλε κατὰ πάντα τοῖς ἀδελφοῖς ὁμοιωθῆναι, ἵνα ἐλεῆμων γένηται καὶ πιστὸς ἀρχιερεὺς τὰ πρὸς τὸν θεόν - - - Ἐν ᾧ γὰρ πέπονθεν αὐτὸς πειρασθεὶς, δύναται τοῖς πειραζομένοις βοηθῆσαι. Docuit 4) **LENTE** *procedere* **INCREMENTA** *spiritualia*; non exiguo temporis spatio rem confici; perperam scientiae persuasionem sibi induere paucis annis in tramite virtutis progressos. Nam **IESVS**, qui tamen ne a carne quidem, quamquam in carne, tentabatur, qui profecit a sapientissimo omnium magistro, **SPIRITV** sancto, ipsum rigante, instar fontis perpetuo fluxu in caput eius de-

stillan-

stillantis, (χαρίς Θεοῦ ἦν ἐπ' αὐτὸν Luc. II, 40.) hic ipse non nisi
 successu 30 annorum satis profecit Eph. III, 13 μέχρι κατανησω-
 μεν οἱ πάντες εἰς τὴν ἐνότητα τῆς πίστεως καὶ τῆς ἐπιγνώσεως τοῦ οἴου
 τοῦ Θεοῦ εἰς ἄνδρα τέλειον, εἰς μέτρον ἡλικίας τοῦ πληρώματος τοῦ
 Χριστοῦ conf. v. 15. ἀυξήσωμεν εἰς αὐτόν. Ita quidem non suavit,
 vt in agone mortis, vt capulares incipiamus discere, quae ni-
 mis mature addidiceris nunquam. †

§. 46.

Lux mundi, per XXX annos (ceu Iohannes C. I, 9. miratur)
 mundo incognita, exemplum nobis praeiuit: 1) *Vt priuatae
 vitae obscuritatem pro magno MALO NE HABEAMVS.* Effecit
 enim αὐτοφῶς obscura vitae suae ratione *, vt etiam abiecta et
 umbra-

† Futuros ecclesiae DOCTORES in primis Iesus Nazarenus docuit 1) *arduam
 rem esse ministerium sacrum.* Requirit eo profectum, altis radicibus nixum,
 exercitationem et luctam cum spinis multam, abnegationem sui ipsius, diu
 Nasiraeos, seu succi diuinae gratiae fidelem perceptionem, qua desideris esse
 ἄλλ' surculus recens viti insitus, factus autem sis robustior frutex. Theo-
 logiam non absolui scientia, sed habitu in luce, cruce, et nuce. 2) *Falsam
 esse opinionem, quod ii, qui in iuuentae flore exstiterint pesulantissimi, eua-
 dant PLERVMQVE optimi doctores.* Nam haud facile emergere in tenacis-
 sima aetate vitorum dominio oppressos, et praxi sepultos Bonam consci-
 entiae verum esse principium verae in officio fidelitatis; morsibus consci-
 entiae autem perseuerantem hypocritam lacerari adeo, vt cogiter: nolo esse
 digitus in viceribus horum et illorum, ipse enim vulnus meum sentio Ies.
 III, 8, atque in animis auditorum offensorum ipsi contradici. Consultius
 igitur esse, exemplo suo tradidit, vt mature fiat ovis, pastorem sectans, oues
 aggregaturus.

* Admirabile est, in ipsa Crucis inscriptione notandam fuisse vitam IESV
 priuatam. Eo enim tendit etiam inserta Ioh. XVIII, 19. vox ὁ Ναζαρεῖος.
 q. d. hic est ille IESVS, qui primum quidem in contempto Galilaeae loco,
 vbi et conceptus erat, diu haesit, et TRICENNALI OBSCVRITATE ho-
 minibus illustrissima bona promeruit; deinde in publicum prodit, exaltatus etc.

umbratilis viuendi conditio per fidem esse felix ac DEO gratissima possit 1 Cor VII, 21. Matth. XXV, 21. Eph. III, 1. Vt 2) DEMISSIONI *continuo studeamus*; quae virtutum regina totam pietatem Christianam permeat. Adeoque temeritatem loquendi, comparisonem nostrae sortis cum aliorum, qui deteriores videntur, indole superbam fugiamus. Rom. XV, 3. Vt 3) leuem in considerandis rebus INCONSTANTIAM, nimis inquietam agilitatem, facilitatem mutandi statum nostrum, procliuuitatem affectandi *πολυπραγμοσύνην*, prurimum nouitatis, indomitam sensuum externorum dominationem, fideli *ἀνταρξία* patienti crucis portationi intensam, caueamus. Vt 4) innocentibus aliorum hominum sententiis ac sano mori nos ACCOMMODEMVS, ad benevolentiam fratrum nostrorum in nos deriuandam, et ad impedimenta sanctificationis in iis eo felicius remouenda. Iacob. III, 17. Minime augenda Matth. III, 12. Gal. I, 10. VI, 14. Vt 5) per omnem vitae vsuram, praesertim autem in aetate impressionum tenaciori, *vsque ad trigessimum annum* ** summo studio *conemur* PROFICERE in fide immota, *** in caritate tenerima, in exercitio virtutum sincero, in forti-

** Quid enim fecit Iesus post reditum ex Aegypto? Resp. Luc. II, 40. ἠύξανε καὶ ἐκράταιδουτο πνεύματι, Quid fecit vsque ad XXX annum? Resp. v. 52. προέκοπτε σοφία, licet vnctio eius iam cum vnione hypostatica coepisset. 2 Pet. II, 5. οἰκοδομείσθε - - - ἱερὰ τεύχεα. Domus autem, quae ab vno homine aedificanda est, numquam ita perficitur, vt locus accessionibus, refectionibus, emendationibus non esset amplius. Eph. III, 14-16.

*** Eo melius fundamentum fides habet, quo *veritas* HVMANA E *naturae* CHRISTI per conuersationem eius cum ὁμοουσίοις, in XXX annos protracta, euasit indubia, (contra *Docetas*.) Iam igitur omnia euanescent solatia. Vnum manet, Homo miserrimus de IESV, vero homine, sic iubilare potest: *Quodcumque assumpsit, illud etiam redemit!* Gratia est vniuersalis!

fortitudine aduersus hostes spirituales inuicta per SPIRITVM
Sanctum. Est sane *πρέπον*, vt sic ei gratias agamus, qui id, quod
πρέπον, h. e. status exinanitionis Matth. III, 15. flagitauit, sine
tergiuerfatione per XXX annos expleuit.

§. 47.

Iussit in primis sanctissimo suo exemplo IESVS, pertri-
ginta annos a munere publico alienus, eos, qui ad euangelium
propagandum vocantur, vt se imitentur. Innuuit 1) Haud pro-
perandum esse ad ministerium sacrum, in quo tanta ex auctore
et scopo dignitas, tantum ponderis laboris et curarum est. Nisi
enim diuina experientia, auctoritate, et prudentia dokimastica
diues sis: dexteritas orationem aliquam publice recitandi, vol-
uendique strenue linguam perexigua in curatore animarum vir-
tus sit. Cognitio veritatum sanctissimarum solida; notitia tui
ipsius, modestissimam de te sententiam, et amorem erga alios
progignens; cognitio aliorum hominum, pariens copiam, ac-
commodatis *συγκαταβάσεων*, allusionibus aptissimis animos
consolandi, mouendi, pudore suffundendi, flectendi, morbos
pellendi; compositio mentis iusta, per disciplinam Spiritus
Sancti, exploratio certa, nos esse in statu gratiae, nostrasque
preces pro pio grege fundendas, non fore irritas; confirmatio
consuetudinis in omni laude, obduratio aduersus ineuitabiles
persecutionum et criminationum procellas; haec sane non exi-
gui temporis esse, IESVS exposuit. 2) Bonum probatae vi-
tae testimonium COLLIGENDVM MATVRE, et *afferendum*
esse in munia sacra. Sicuti ipse IESVS, Luc. II, 42-52. obe-
dientia superioribus praestita, acceptione reprehensionum,
vsu sabbatorum ad incrementum roboris animi, nullo con-
temptu muneris doctorum, ardenti verbi diuini amore, pauper-
tatis miti toleratione, tranquillitate laboris se plurimisque aliis
spe-

speciminibus perennantibus iustam sui fiduciam in probis excitavit. 3) Signum bonae SPEI aptis et fidelibus militibus sacris IESVS ἀρχηγός sustulit, etiam PERBREVE ipsorum *ministerium supremo omnium domino gratum fore*. Trigesimo demum vitae anno militiam sacram publice ingressus celsissimus Hodegus, et tamen in medio vitae stadio vitam positurus, (vt benedictionem, ex quarto praecepto Deut. V, 16. obseruato sibi debitam, nobis cederet obsequentissimus filiorum) non nisi per SEPTEM SEMESTRIA doctoris publici munere fungi potuit. Nihilominus acceptus Caelesti Patri (Hebr. II, 7.) *

Hanc

* Ecclesia vetus iam probe perspexit, eo valere exemplum Domini. Canones enim *trigesimum* aetatis annum ordinando, in primis presbytero, praescripserunt. Desumpta a IESV ratione CYPRIANVS de ieiunio, *hac aetate* etc. Synodus NEOCAESARIENSIS in Ponto A. D. 314. *canone XI.* πρεσβυτερος πρὸ τῶν τριάκοντα ἐτῶν μὴ χειροτονείσθω, εἰάν καὶ πᾶν ἢ ὁ ἀνθρώπος ἅγιος, ἀλλὰ ἀποτηρείσθω. ὁ γὰρ κύριος ἰησοῦς χριστὸς ἐν τῷ τριακῶσῳ ἔτει ἐβαπτίσθη, καὶ ἤρξατο διδάσκειν. Idem postea confirmauit Concilium AGATHENSE in Gallia A. D. 506. Canone XVII. ita habente: *Presbyterum vel episcopum ante XXX annum, id est, antequam ad viri perfecti aetatem perueniat, nullus ordinare praesumat.* TOLETANVM III. A. D. 633. can. XVIII. dist. LXXVII. can. 5. 6. 7. et Dist. LXXVIII. TRVLLANVM a. D. 692. canone XIII. Ius caesareum olim quidem in *Nouella* Iustiniana LXXIII. c. I. CXXIII. cap. 13. poposcit annos *τριάκοντα πέντε*, sed postea fatis ipsi fuit, exegisse *trigesimum* ὑπὲρ τὸ τριακῶσόν ἔτος εἶναι, nempe in *Nouella* CXXXVII. cap. 2. adiecta ratione, quod Dominus ea aetate concionari coeperit. BALSAMO ad Photii Nomocanonem tit. 1. cap. XXVIII. *abrogat ergo haec nouella quantum ad aetatem episcopi attinet Nouellam CXXIII.*

Siquis iunior singulari praeditus esset sapientia, et donis iis, quibus Samuel, Daniel,

* *
* *

Hanc meditationem qualemcumque in monumen-
tum hodierni oculiferii, quo omnium oculi
conuertuntur in TE,

VIR SVMME REVERENDE!

Elogio DOCTORIS, quo hodie publice insigniris, con-
signandam putavit gratus animus meus.

Hanc TVO acutiori offero decentissime iudicio, TVAE
demum eruditae censurae lima expoliendam, TVIS accessio-
nibus perficiendam. Desideres multa in hoc prompto celerita-
tis foetu, taxes nonnulla in hoc languidulae mentis ac manus
conamine: numquam tamen argumentum ipsum, numquam
officiosa voluntas scribentis, et animus luci nescius displicere
TIBI poterit.

Hac praemissa commentatione, a studio TVO non di-
uerfa,

Daniel, Timotheus, Titus excelluit, si luculentus datur nutus diuinus;
annorum numerus ab iis, qui eligunt sacrorum antistitem, non maxime spe-
ctandus est. Facile haec damus. Sed exemplum IESV CHRISTI, qui vsque
ad annum trigesimum Candidatus esse, vt ita dicam, minime reuicit, (licet
facile dignissimus, et anno iam 20. vel 25. eruditissimus existeret,) monet
iplos iuuenes, ne ipsimet tanta grauis spartae praemature adipiscendae stri
flagrent, vt Marthae etiam ac Simonis patrocinio immaturam aetatem ac
mentem tegere festinent. succurrunt verba GREGORII NAZIAZANI,
qui circa a. 370. floruit. *IESVS*, inquit, *baptizatus*, TRIGESIMVM AN-
NUM agens, est. *Tu ante lanuginem senes doces, saltem docere te posse credis,*
nec ab aetate, nec a moribus fortasse, auctoritatem habens.

K 2

uerfa, sincere TIBI istos honores gratulor, quibus hodie non tam condecoraris, quam TV ipse eos ornas, quibus certissima virtus TVA non nisi notabilior redditur, quibus iam pridem dignum TE existisse iudicant omnes, quotquot sciunt, quomodo in grauissimo munere TVO *ecclesiastico* versatus sis; in quod sane non minor a) cadit animi praestantia, quam

iii

a) Praeter ceteros, celeberrimo SAMVELI WERENFELSIO, Doctori Theologiae et Professore academiae Basiliensis, haec se approbavit sententia, difficilius esse prouinciam ecclesiasticam recte administrare, quam Professoris Th. in academia. Sicut *Tomo I. Opusculorum* p. 371. seq. de Doctore Theologo agit, sic *Tomo II. pag. 298. 301.* (Lausannae et Geneuae 1739.) quinque rationibus praecclare monstrat, de factio quidem minus, sed de iure plus requiri a ministro ecclesiae, quam ab academico doctore Theologiae. *Ecclesia*, inquit, (merentur enim quaedam saltem viri doctissimi verba heic legi) longe pluribus indiget ministris ecclesiae, quam doctoribus in schola. Unde est, quod interdum tales ad ecclesiam docendam adhibere cogitur, quales reperit, non quales esse deberent. Et hinc illa persuasio iuauit, habitum ministri euangelici rem esse non admodum difficilem, quum non difficile sit, eo peruenire, quo multi ex iis peruenerunt. Non minorem, docet, requiri ab eo utilem eruditionem et praeter hanc, alia requiri, quae doctori non tam sunt necessaria. In ministris eccles. reprehendit, ad nihil attendi, nisi ad eruditionem, quasi sola eruditio Theologum saceret; quasi reliqua, quae praeter hanc exiguntur, faciliora essent, et facilius acquirantur, quam eruditio - - Sane si ministrum ecclesiae consideramus in IDEA, qualis esse debet, eumque comparamus cum doctore academico, eodem modo considerato, habitus ministri nobis DIFFICILIOR videtur, quam doctoris. Quod ad eruditionem utilem et praecipue aestimandam attinet, eadem ab utroque requiritur. Nihil enim doctor in academia docet, nisi quod discere auditoribus suis est utile, nisi quod illi non modo scire, sed data occasione adhibita tamen, quam auditorii diuersitas exigit, prudentia docere debeant. Si academiis alia docentur, nescio quare doceantur? Diluit deinde obiectiones. Pag. 300. sic pergit: Sed si eruditione ea, quam diximus, aequales esse debent, multa sunt, quae magis a Ministro requiruntur. Requiritur eloquentia in concionibus sacris, pruden-

19a

in munus eorum, qui in academiis renuntiare Doctores Theologiae solent. Qui grauiora cum laude sustinuisti, cur non leuiora susciperes?

Gratulor et laetor publicae rei habita ratione. Si enim in hac temporum sentina ipsam, vt gemit b. KIPPINGIVS, ideam ecclesiae veram pene amifimus, vbi substituta ab HOBESIO irrepsit heic illic, quis non videt, ecclesiae opus esse fidis patronis, qui nec spe nec metu a vestigiis IESV CHRISTI dimouentur, qui spretis saeculi deliciis et improborum infidiis strenue, vt maxime possunt, pro gloria regni CHRISTI, pugnant. Quis non gauderet, quando videt, quantum internalis genius ecclesiae insidiatur, tantum et multo magis prouidentiam Numinis eam tueri, mittere praeclaris viris vocationem, vt nouo zelo sese bonae causae, lege folduria defendenda, denoueant, excitare quouis saeculo viros ardore LV-
THERI, CHEMNITII et HESHVSII b) sacro accensos, veri-

*via in eis ad tot diuersissimos auditorum captus attemperandis; grauitas in re-
gendo coetu sibi commissio, seueritas in exercenda disciplina, cum mansuetudine
coniuncta, ars singularis in consolandis aegrotis, iisque ad decretoriam illam
horam rite praeparandis, cognitio auditorum suorum intima, cognitio cordis
humani, omniumque eius motuum, enodatio innumerorum conscientiae casuum,
qui tibi ab auditoribus tuis proponi possunt, omnium casuum, qui quotidie oc-
currunt in regimine, in disciplina, aliorumque plurimum, quae ad prudentiam
ecclesiasticam sunt necessaria, Postulatur perpetua quaedam vigilantia, studi-
um perpetuum corrigendi et emendandi se ipsum et suos, ne quid auditoris ira
se et suis animaduertant, quod omnibus dictis suis et factis pondus auferat.
Pescitur denique cura animarum, quas ad salutem adducere minister debes
1 Tim. III, 1.*

b) Ad phalangem Theologorum hunc D. et Professorem in academia IVLIA

veritatem et sanctitatem pro virili promouentes? Graues profecto sancti, et piis votis digni honores doctorales, tam eximii, vt non vno sed triplici gradu ad eos ascendere detur a legibus, nec nisi superato primum *Baccalavreatu* c) colle, deinde *Licentiatu* monte ad istud culmen perueniatur. Haec academia IVLIA, a manu DEI condita, eo etiam nomine dudum celeberrima est, quod dignissimis viris, eminen-

referendum esse existimo. Fidelis Domini seruus fuit, in agendo et patiendo. Non *Φιλοτιμία* stimulatus, sed IESV pietate dignissima plenus, Herculeos labores exantlauit, in varia discrimina venit, famam suam, omnia bona sua, parentes, amicissimos potius deseruit, quam vt causam Dei desereret, et veritati, quam propugnare iussus erat, maculam inuri pateretur, id bonum reputans, quod mundus malum iudicat. Edocuit haec singulari, de hoc heroe sacro, libello LEVCKFELDIUS. Omissum autem quum ab eo sit maxime memorabile argumentum rarioris programmatis octauo post mortem eius anno, nempe a. 1596. d. 15. August. forma regia promulgata a Vice-Rectore et senatu academico Helmstadiensi, copiam eius cuique cupienti facere paratus sum.

- c) BACCALAVREVS in Artibus 15. habetur, qui gradu *unico* in facultate Artium honestatus est. Nominis rationem quod attinet 1) alii a bacillo eliciunt, ei, (vt creditur,) qui gradu olim isto ornabatur in dignitatis et honoris insigne collato. (RHENANVS in *scholiis suis ad Tertullianum* et HERMAN. KIRCHNERVS in *Orat. 2. quae est de eloquentia veterum* germanorum etc.) Baculis enim et fustibus primo se exercebant Milites, priusquam ad gladiatorum usum admitterentur Milites. Morem hunc a Romanis aliqui, a Gothis alii et Longobardis, alii a *Gallis* deducunt, perinde ac si diceretur *Bar Cheualier*, id est, eques inferior seu tiro. 2) Alii autem a *Bacca lauri*, sacra olim Apollini ac Musis, originem trahendam censent: quod nimirum, quotquot ad gradum illum promouebantur, bacca folisque lauri in corollam compactis redimiri solent, morem poetis coronas necestendi, secuti.

menti sapientia, et indiuidua verae sapientiae comite, virtute conspicuis lauream imposuerit; quod ad procurandum ecclesiae CHRISTI emolumentum omniaque eius causa conandum optimos quosque prouide adlegerit d).

Qua propter non possum non TIBI, VIR singulari prorsus reuerentia colende! laetabundus *feliciter! feliciter* acclamare. Dominus noster, sine quo nihil, et per quem omnia possumus, praesto TIBI sit in sanctis negotiis, diutissime continuandis, largo auxilio suo, omnesque fructus *tricenalis exinanitionis suae* medicinalis TIBI TVAEque genti amplissimae metendos et summa cum voluptate percipiendos exhibeat. Sit Nomen huius Immanuelis concelebratissimum in saecula saeculorum! Amen.

- d) Traditur in HISTORIA FESTI SAECVLARIS Acad. IVLIAE, Idibus Octobris A. 1676. celebrati (Helmstadii a. 1678.) folio 20, euolutis istis centum annis *non nisi XXXV. viros* eruditionis sacrae singularis, vitae integrae, conditionis honoratoris, laurea Doctorali in Theologia condecoratos esse. Pauca huius honoris exempla, si magnum eorum spectes numerum, qui literis operam nauabant. Id vero argumento est, difficili ac diuturno cursu ad eum contendendum fuisse, vehementesque cauisse rerum eruditarum in academia IVLIA antistites, ne nimis ille vulgaris et, quod idem fere est, vilis fieret. Laudanda sollicita pro ecclesiae emolumentis cura. Prima Theologorum promotio celebrata heic est A. 1578. d. 13. Maji, Vice-Rectore IOHANNE BOEKELIO, quum praefens adesset et cancellarium ipse obiret Optimus Princeps, celsissimus HENRICVS IVLIVS.








AB: 153990



R





DE QVAESTIONE,
CVR
I E S V S
ANNO DEMVM AETATIS SVAE **XXX**
DOCTORIS PVBLICI MVNVS
AGGRESSVS SIT?
DIACRISIS,

COMES
PIAE ACCLAMATIONIS,
QVA
VIRO SVMME REVERENDO, AMPLISSIMO,
ATQVE DOCTISSIMO
IOHANNI GEORGIO
OLDEKOP,

ECCLESIAE IN AVLA SERENISSIMI DVCCIS
BRVNSVICO-LVNEBVRGENSIS LONGE GRAVISSIMO
ET MERITISSIMO,
ARCHIDIACONO AD AED. B. MAR. VIRG. HENRICOPOLITANAM
VIGILANTISSIMO AEQVE AC FIDELISSIMO,
SVMOS IN THEOLOGIA HONORES
DIE X DECEMBRIS A. clō Icccxxxviii.
IN ACADEMIA IVLIA CAROLINA
IPSI COLLATOS
DECENTISSIME GRATVLATVR
M. WILHELMVS CHRISTIANVS CHRYSANDER,
COLLABORATOR IN PASTORATV AD ECCLESIAM
METROPOLITANAM,
QVAE EST HELMSTADII,